

1760 -1761-1762

LXX

**Prima Visitatio Ecclesiarum
Civitatis Veronae
Illustrissimi et Reverendissimi
Domini Domini Nicolai Antonii Giustiniani
Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Cassinensis
Episcopus Veronensis
Comitis &c**

Liber Primus – Pars I[^] e II[^]



**Nicolao Bovio Presbitero
Cancellario**



Per la DIO Grazia, e della Santa Sede Appostolica Vescovo di Verona, Conte Ego.

Per la DIO Grazia, e della Santa Sede Apposolica Vescovo di Verona, Conte &c.
AL SUO DILETTISSIMO CLERO, E POPOLO SALUTENEL SIGNORE.

Si presenta per la Cresima N.N. della Parrocchia di N.N. il Padrino, o Matrino è NN. Sarà poi rimesso al Parroco il Biglietto, acciò lo registri ne' libri Parrocchiali della sua Chiesa, che dovrà avere separata da quelli del Battesimo. Avvertirà il Parroco di non accordare Padrini, che non sieno infermatori, o che sieno scandalosi, ed inobbedienti a Santa Madre Chiesa. Similmente non sarà permesso, che un Padrino, o Matrino tengano nella stessa Cresima più di tre finza nostra licenza, e nemmeno che il Cresimato nella stessa Cresima faccia da Padrino, o Matrino. Agli Ecclesiastici di qualunque grado retta proibito il tenere a Cresima, se non avranno avuta una spezial permissione da Noi, che non sarà facilmente accordata. Finalmente dovrà il Parroco attendere, che il Biglietto non sia rilasciato agli minori di sette anni, e sopra tutto dovrà invigilare, che i Cresimandi, quali cose, che appartengono a quello Sacramento. Farichiede la Fede, e l'impegno, che anno prefo con Dio nel Santo Battesimo, quali finza le necessarie disposizioni, acciocchè possano ricevere il proprio effetto del Sacramento della Cresima, cioè la piezzenza dello Spirito Santo per trionfare, e render perfette le anime nostre, e spezialmente sarà loro capite la necessità

Ed eccoci, Dilettissimi, eppure le Noſtre intenzioni tutte dirette al voſtro ſpirituale, profittate, ed all' adempimento di quei doveri, che ſono indiſpenſabili per il voſtro Veſcovo, che per mezzo di S. Paolo aſſolutamente comanda lo non mancare al non Gregge, & uni-
tello, ne tradire il ſuo miniſtero: *attendite vobis, et de Patria fidele, eſſe de regere, & gover-
nare voſtro Gregge*, alla cui cuſtodia invigilando da ſanctiore del Sanguine di Geſu Criſto: *in quo
vos Spiritus Sanctus poſuit Episcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivis Sanguine* Vro. Per
lo che a Voi tocca di far buon uſo di queſto ſtato di incomodo, & tutto ſacrificare al dover
noſtro, ficcome tocca a Noi nulla riparami, e Voſtri, e Noi troveremo la noſtra ſpiri-
tuale conſolazione, da cui la Giuſtificatione dell' Anime voſtra farà accompagnata, & re-
ſe faranno dolci, & ſoavi le Noſtre ſervitù, & tutti con paterno affetto la Noſtra Benedizione.

Londra li 6. Settembre 1760.

Verona dal Palazzo nostro Episcopale li 6. Settembre 1760.

(N. A. Vesc. di Verona ec.

IN VERONA, Per le stampe Curioni Stampatori del Seminario Vescovile.



NICCOLÒ ANTONIO GIUSTINIANI

DELL' ORD. DI S. BENEDETTO DELLA CONGREGAZIONE
CASSINENSE

*Per la DIO Grazia, e della S. Sede Apostolica Vescovo
di Verona, Conte, &c.*

A Vendo Noi deliberato, col favore della Divina Assistenza di dar incominciamento alla visita delle Chiese di questa Città, e Diocesi, già da Noi resa pubblica con la nostra Pastorale a stampa del dì 6. Settembre 1760. affine di riconoscere da vicino quella Greggia, che dal Sommo Pastor nostro Signor Gesù Cristo ci fu raccomandata, e che da Noi con paterno amorosissimo affetto viene riguardata, ci porteremo

Resta perciò di bel nuovo avvisato quel
ad aver per quel giorno preparate tutte quelle note o polizze nella sopra-
riferita nostra Pastorale descritte, affinchè alla nostra comparsa siano a
Noi presentate, e ritrovando Noi ogni cosa in pronto, possiamo agevol-
mente adempire il nostro Apostolico ministero.

Dio Signore ci assista colla sua Grazia, sicchè dalla nostra Visita ne derivi
quel frutto, a cui sono indirizzate le nostre fatiche, ed il fine che abbia-
mo della sua maggior Gloria, del decoro della sua Chiesa, e dello spiri-
tuale vantaggio dell' Anime.

Verona dalla Cancell. Vescovile li

{ N. A. Vesc. di Verona &c.

D. Niccola Bovio Cancell. Vesc.

3

Notizie da apparecchiarsi in iscritto da ciaschedun Parroco per la visita della sua Parrocchia.

Parroco.	Chiericati.
Nome e Cognome	Quali, e loro numero
Età	Quando eretti, e da chi
Di che Paese	Da chi posseduti
Da quanto tempo governi la Chiesa	Suoi fondi
Se con Bolle di Roma, o della Curia.	Pesi, o sian obblighi.
Sua Chiesa.	Obblighi di Messe.
Quando eretta	Quali, e quanti.
Da chi fondata	Uffizj, o sia anniversarj.
Se Benefiziata	Quanti, e quali
Documenti { dell erezione	E se per Testamento sì per le Messe come per gli Offizj indicar il Testatore, l'anno, e il Nodaro.
de' suoi fondi	Distribuzion d' elemosine ex Testamento.
Se Mercenaria	Quanta, e da chi.
Da chi, e quanto stipendio riceva	Oratorj pubblici.
Con quali obblighi	Numero
Qual sia il Titolo della medesima	Titolo
Se consacrata, o solo benedetta	Eretti da chi, e quando
Quanti Altari abbia	Governati e mantenuti da chi
Il Titolo di ciascheduno	Quali obblighi vi sieno annessi
Quali indulgenze vi siano annesse	Se in questi vi sieno erette Confraternite
Suoi Documenti, o sian Bolle	Notizie di esse come sopra.
Quali Reliquie vi si conservino	Oratorj privati.
Sue autentiche.	Quanti, e in
Scuole, o Confraternite.	Quali Case.
Numero	Sacerdoti.
Erezione	Quanti
Capitoli	Loro nome
Aggregazioni	Età
Pesi, o sian obblighi	Impiego
Chi le amministra.	Di che Paese
Limosine delle Castelle.	Se tutti intervengono { alle Congreghe alla Dottrina.
In che uso, e	
Da chi impiegate	
Appresso di chi stanno le Chiavi.	
Cappellanie benefiziate.	Chierici.
Quali e loro numero	Loro nome.
Erette da chi	Commari.
Da chi possedute	Quante
Quali fondi.	Loro nome
Cappellanie manuali.	Esaminate da chi.
Quali, e loro numero	
Suoi Capellani.	

E generalmente tutto ciò, di che i Reverendi Vicarj nelle sue Vicarie, e ciascun Parroco nella sua Parrocchia vedranno opportuno avvisare sua Signoria Illustrissima intorno alle Persone, impieghi, luoghi ec.

INDICE DELLE PARROCCHIE DEL CENTRO CITTA'

1. Sant'Andrea	pag. 30; 173
2. S. Benedetto	11; 105
3. S. Bartolomeo in Monte	82; 283
4. S. Egidio	23; 93
5. S. Fermo in Braida (Filippini)	38; 185
6. S. Felicità	53; 225
7. S. Faustino e Giulitta	71; 260
8. S. Giacomo alla Pigna	6; 86
9. S. Giovanni In Foro	17; 128
10.S. Marco	22; 140
11.S. Maria Rocca Maggiore	46; 205
12.S. Nazzaro e Celso	61; 235
13.S. Quirico e Giulita	26; 145
14.S. Salvar Vecchio ad Frignanum	14; 116
15.S. Tomaso Cantuariense	100; 182
16.S. Vitale	55; 227
17.Monastero S. Cristoforo	237
18.Monastero S. Maria delle Vergini	241
19.Monastero SS. Redentore	263
20.Monastero S. Salvatore C.R.	48; 207; 222

Nota per le pagine

Il presente indice rimanda alle pagine del formato trascritto in formato digitale. Nel testo i numeri tra parentesi quadra [...] riportano alle pagine cartolarizzate del testo originale, poi scansionato e trascritto.

Dominus Sacerdos et Reverendus Dominus Vicarius

[15] In Christi nomine amen. Anno ab eius Nativitate millesimo septingentesimo sexagesimo, inde die XXX Mensis Novembris, recurrente Dominica proxima Adventus. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris et Domini Nostri Domini Clementis, divina providentia Papae XIII, anno tertio. Illustrissimus et Reverendissimus in Christo Pater et Dominus Dominus Antonius Iustinianus, Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Cassinensis, Dei ac Sedis Apostolicae gratia Episcopus Veronensis, Comes in omnibus, quae ad Maiorem Dei gloriam, Ecclesiarum, decus et ornamentum Animarumque sibi creditarum spirituale emolumentum respiciunt, pervigilans Pastoralis Suae Visitationi, quam indixit per Edictum diei VI Mensis Septembris proximo efluxi, nolens primordium dare, admonitis iam in termino statuto Reverendis Archipresbiteris, Rectoribus et Curatis respective parolium instarum de Pastoralis Suae Adventu, et Visitatione, sumptis secum Nobili et Reverendissimo Domino Ferdinando Manuelli Canonico, quem, attentis negotiis quibus implicatur Nobilis et Reverendissimus Vicarius Gentili, in Vicarium huiusmodi Suae Pastoralis Visitationis instituit, et deputavit me Cancellario infrascripto, aliisque Sacerdotibus familiaribus suis et reliquo suo comitatu, hodierna die cum iam praecesserit Admodum Reverendus Pater Dominus Archipresbyter Petrus Antonius Censi Sanctae Mariae ad Clavicam et Caerimoniarum Magister, hora decima sexta pulsante, ex Palatio Suo descendens ad visitandam Ecclesiam Parochialem S. Iacobi ad Pineam nuncupatam huius Civitatis se contulit. Ut pervenit ad confinia huiusmodi Parochiae, obvios habuit Admodum Reverendos Dominos Andream Lugiati, Cappellanum S. Petri in Castro, ac Vincentium Bordoni, Archipresbyterum S. Pauli de Campo Martio, ambos Primicerios S. Congregationis Cleri Intrinseci, a quibus visitaturus Ecclesiam praedictam eidem S. Congregationi subiectam, eos venerationis actus recepit, qui suae dignitati conveniunt. Postea [16] sub Baldachino a Nobili Domino Comite Francisco Giusti ac a Dominis Sergio Vallengia Iuris Utriusque Doctore et, Ioanne et Alexandro fratribus de Alexandris, omnibus de dicta Parochia, gestato ad confinia praedicta receptus super tapete et pulvino ibi stratis genuflexus, Crucem sibi a Reverendo Domino Carolo Corsi Curato porrectam adoratus, et deosculatus est; clero cum cruce, et cantoribus praecedentibus et solita canentibus ad Ecclesiam perrexit. Ad ianuam Ecclesiae perventus, et in ea sistens super tapete, ibi itidem parato aspergillum accepit ab eodem Reverendo Curato sibi porrectum, et lustrali aqua se signavit populum aspersit et thurificationis honorem recepit. Deinde ante Altare Maius super faldistorio provolutus oravit, et decantatis interim decantandis, Altare ascendit et in medio deosculatus est, atque in cornu Epistolae stans Orationem titularis Ecclesiae recitavit, ac ex medio pariter Altaris populo benedixit, suamque Episcopalem Indulgentiam, de suo mandato publicatam, non tam omnibus adstantibus, quam omnibus utriusque sexus Christifidelibus Ecclesiam hanc visitantibus hodie concessit et impertitus est. Ad Thronum sibi a parte Evangelii paratum venit, ubi Reverendis Curato, Sacerdotibus et Clericis huius Parochiae ad osculum manus in signum subiectionis et obbedientiae admissis Admodum Reverendis Dominis Francisco Camerlo Rectore S. Mariae Consolatricis ac Pio Gaidoni Rectore S. Benedicti, Dalmaticis indutis violacei coloris apparamenta sumpsit et solita defunctorum suffragia, tam in Ecclesia, quam in contiguo Coemeterio rite persolvit. Violaceis apparamentis depositis albisque susceptis praemissisque adoratione, hymno, et thurificatione visitavit Sanctissimum Sacramentum Eucharestiae in Pixide argentea, intus inaurata, rite instructa servatum. [17] Interrogatus Reverendus Curatus respondit debitis temporibus hoc idem Sacramentum renovari et in Paschali Tempore communicatis schedas distribui ac subinde colligi; dum ad infirmos est deferendum, dari signa in seris, et cum solemniter ad eosdem infirmos defertur indulgentias Associantibus concessas publicari, nec non decenter cum candelis intortis et suppellectilibus deferri. Quae candelae intortae et suppellectiles pro Sanctissimo Viatico manutinentur a Sancta Congregatione. Vidit et visitavit suppellectiles praedictas quas rite et ornate instructas cognovit, quaeque descriptae sunt in polycea, quam una cum aliis Reverendissimus Curatus praesentavit, et registratur in fine huius libri sub littera A. Hoc Sanctissimum Sacramentum custoditur in

Tabernaculo marmoreo, quod tuto ostiolo duobus seris, et clavibus munito clauditur. Ante hoc Sacramentum iugiter ardet lampas accensa, quae manutinetur sumptibus Sanctae Congregationis. Benedictione populo impertita et reposito Sanctissimo Sacramento, Sacerdotalibus Vestibus indutus, inservientibus sibi antedictis Admodum Reverendis Dominis Francisco Camerlo, et Pio Gaidoni, Dalmaticis pariter indutis, Missam celebravit, et quinquaginta circa utriusque sexus Christifidelibus Sacram Sinaxim distribuit. Expleta Missa, depositisque apparamentis et gratiis Deo, de more, actis parvo intervallo temporis in loco Domus Parochialis dictae Ecclesiae proximae, quieti se dedit. Ad Thronum in Ecclesia ut ante paratum, reversus decem Christifideles utriusque sexus cum Sacro Chrismate perunxit. Post haec vidit Baptisterium in muro Ecclesiae, a parte sinistra Portae Maioris ingrediendo Ecclesiam de licentia Praedecessoris sui diei 30 Septembris 1742 rite constructum et rastris septum, clavibusque munitum. Visitavit Olea Sancta, Oleum scilicet Infirmorum in vase stanneo, Olea vero Chrismatis et Cathecumenorum in vasibus argenteis. Haec Olea collocata sunt in capsula [18] ex nuce, et servantur in custodia marmorea a parte Evangelii Altaris Maioris. Duo existent in Ecclesia Confessionalia, ad excipiendas Christifidelium Sacramentales Confessiones, quae visitavit, et invenit rite constructa, atque in eis observavit affixam tabellam casuum reservatorum. Visitavit subinde Altare Maius, quod est marmoreum, cum Tabernaculo itidem marmoreo cum Portatili. In hoc Altari nulla est obligatio Missarum et Reverendus Curatus in eo celebrat sed diebus Festis non applicat pro populo. Hoc idem Altare eiusque suppellectiles et caerei manutinentur a Sancta Congregatione iam memorata. Interrogatus Reverendus Curatus cur diebus Festis non applicat Missam pro populo respondit ipsum non applicare ex quo non percepit a Sancta Congregatione cui haec Ecclesia subest eleemosynam competentem, sed tantum habet ducatos quinquaginta in anno cum onere manutendendi lampadem iugiter accensam, emundari faciendi sacra lintheamina et omnes suppellectiles lineas tam Sacristiae, quam Ecclesiae, nec non providendi de ostiis et vino ac caereis pro Missis, quae ab ipso ac Reverendis Cappellanis in dicta Ecclesia celebrantur. Quibus auditis, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus decrevit ipsum Reverendum Curatum teneri ad applicationem sacrificiis diebus Festis pro populo, salva eidem Reverendo Curato ratione exigendi competentem eleemosynam contra quos et quantum reservato sibi iure desuper decernendi extra visitationem, tamquam in visitatione quidquid et ita omnia. Episcopus vidit Altare Maius, chorum in quo est icona perantiqua, in cuius medio est depicta imago Beatae Mariae Virginis cum parvo Iesu, in cornu Epistolae S. Iacobi Maioris huius Ecclesiae titularis et in cornu Evangelii S. Petri Apostoli. Altare S. Blasii Episcopi et Martyris ex marmoribus collustratis cum Portatili et icona. In hoc [19] Altare est Cappellania sub invocatione eiusdem S. Blasii fundata ab olim Egregio Viro Bonamente, quodam Domino Almerico de Pastringo de Mercato Novo, medio eius Testamenti diei 12 Septembris 1436 rogati manu cuiusdam Antonii dicti de Cavagione filii minoris Notarii Ognibeni de Raoariis, cum onere Missae quotidianae. Vigore praefatae testatae dispositionis dicta Cappellania est de iurepatronatu Veronensis Collegii Doiminorum Notariorum. Modernus [A margine S. Giacomo della Pigna] Cappellanus dicti Altaris S. Blasii est Reverendus Dominus Ioannes Antonius Vidali, qui praevia presentatione de se facta a dicto Veronensi Collegio fuit ad Dominum cappellanum institutus et confirmatus cum litteris Curiae Episcopalis diei 4 Februarii 1752, quas ostendit. Altare S. Zenonis Episcopi et Martyris itidem ex marmoribus collustratis cum icona depicta. Pariter in hoc Altare fundatum fuit simile Beneficium a praefato Bonamente de iurepatronatu dicti Veronensis Collegii Dominorum Doctorum Notariorum cum onere Missae quotidianae, Cappellanus est Reverendus Dominus Carolus Caraviccini Ordinarius Sacerdos Veronensis qui fuit praesentatus a Veronensi Collegio praedicto, institutus et confirmatus cum Bullis Episcopalibus diei 22 Februarii 1732. In substentaculo columnae versus Altare Maius utriusque Altaris S. Blasii ac S. Zenonis incisa leguntur haec verba: “Sancta Congregatio etiam eleemosynis Veronensis Collegii Dominorum Doctorum Notariorum Veronae 1748”. Visitavit Sacristiam, et paramenta, suppelectiles et Vasa Sacra, tam pro celebratione Missae quam pro aliis functionibus Ecclesiae perangendis necessaria, quaeque descriptae sunt in inventario exhibito, et in fine huius libri posito ad litteram A, et omnia vidit rite constructa, ac bene tenta. Visitavit etiam coemeterium, quod reperit muro septum,

habens in angulo crucem ferream erectam et parvam scalam per quam ascenditur in locum supra Maiores Ianuas Ecclesiae, in qua asservantur scripturae spectantes ad Sanctam Congregationem. [20] Coemeterium ipsum clauditur unica ianua in Sacristiam respondente. In aedes Parochiales Ecclesiae proximas subinde se restituit, et pro tribunali sedit et coram eo de suo mandato vocati comparuerunt: Nobiles Domini Comites Franciscus Giusti, itidem Nobilis Comes Uguzioni, Nobilis Dominus Advocatus Georgius Vallengia ac Domini Joannes et Alexander de Alexandris tamquam ex principalioribus huiusce contractae, qui interrogati de vita, moribus, et diligentia in proprio ministerio Reverendi Curati, in omnibus de eo bene retulerunt. Successive comparuit Reverendus Pater Dominus Carolus Corsi Curatus huius Ecclesiae aetatis annorum 54 cum mandato pro cura animarum in hac Parochia exercenda amovibiliter electus a Sancta Congregatione sub die 5 Ianuarii 1748 et praevia praesentatione, ut in actis ab hac curia relaxato ad annum die 20 Ianuarii et confirmato de anno in annum usque et in praesens. Interrogatus Reverendus Curatus respondit Ecclesiam hanc non esse consecratam, eiusque titularem esse S. Iacobum Maiores Apostolum, ac esse subiectam Sanctae Congregationi Cleri Intrinseci a qua manutinetur. Obtulit Libros huius curae Matrimoniorum, scilicet Baptizatorum, Mortuorum, Status animarum et Confirmatorum, quos Illustrissimus et Reverendissimus Episcopus vidit et rite instructos cognovit; factis postea perquisitionibus a Domino Reverendo Curato de vita, et moribus Ecclesiasticorum sub hac Parochia degentium, et an sub hac Parochia adsint publici peccatores, comperuit Ecclesiasticos bene vivere, nullumque publicum peccatorem, vel praecepto Ecclesiae inoboedientem existere; demum vocati comparuerunt singillatim videlicet infrascripti Reverendi Sacerdotes et Clerici. Nobilis et Admodum Reverendus Dominus Iacobus Manuelli Sacerdos aetatis annorum 41 circiter cum mandato pro cura animarum ad annum datum die 3 Aprili proximo elapsi. [21] Reverendus Dominus Ioannes Baptista Bighignato Sacerdos aetatis annorum 39 mandato pro cura animarum Ecclesiae Parochialis S. Ioannis ad Forum ad annum datum die 20 Septembris 1747 et Successive de anno in annum habet etiam mandatum Confessoris Ordinarii Veronensis Monasterii Sanctimonialium S. Catharinae Virginis et Martyris huius Civitatis. Reverendus Dominus Vincentius Bighignato Sacerdos aetatis annorum 42 Cappellanus Cathedralis, cui inservit. Reverendus Dominus Ioseph Donà Sacerdos aetatis annorum 29 Cappellanus Cathedralis, habet mandatum ad annum pro cura animarum Parochialis S. Benedicti, confirmatum die proximo Martii elapsi. Veronensis Clericus Iacobus Libanti aetatis annorum 38 in minoribus constitutus. Veronensis Clericus Bartholomaeus Giacometti Acolythus Cathedralis cui inservit aetatis annorum 19 in Minoribus constitutus. Veronensis Clericus Dominicus Aprili Acolythus prius in Minoribus ut supra aetatis annorum 26. Veronensis Clericus Ioannes Vincentius Fiorio Acolythus pariter in habitu tantum aetatis annorum 17. Qui omnes singillatim praesentaverunt patentes Ordinum, et mandata pro cura animarum iuxta tenorem Edicti Pastoralis. Postea comparuerunt Reverendus Dominus Carolus Orci Caraviccini aetatis annorum 44, Rector Cappellaniae S. Zenonis in hac Parochia, et inservit an adimplet celebrationem Missae quotidianae iuxta foundationem dictae Cappellaniae. Respective hactenus celebratae sunt tot Missae diebus Festis quot celebrare debere arbitratus est ex redditibus dictae Cappellaniae annuatim perceptis demptis gravaminibus in ratione elemosynae quadraginta marcularum pro qualibet Missa; instetique, et supplicavit (*chi supplica qui è il Rettore*) Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem Suam ut dignetur et velit auctoritate sua reducere onus Missarum dictae Cappellaniae iuxta vires reddituum eiusdem, et ita. Ostendit litteras suas institutionis, et Patentes ordinum praesentavitque polyceam reddituum registrata in fine sub littera A. Et Reverendus Dominus Sacerdos Ioannes Antonius Vidali aetatis annorum 44 Rector Cappellaniae antedictae S. Blasii, et interrogatus de satisfactione [22] oneris Missarum in foundatione impositi respondit se habere onus celebrandi omnibus diebus Festis et percipere redditus ut in polycea quam praesentavit, in fine registranda, qui pariter instet et Episcopus supplicatus est pro Decreto reductionis Missarum ut suprascriptus Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Comes Veronensis Episcopus, auditis instantiis et supplicationibus, ut antefactis a Rectoribus dictarum Cappellaniarum S. Zenonis et S. Blasii, mandavit exhibenda fore et esse documenta foundationis copias registri Missarum a Reverendis Rectoribus praedictis

hactenus celebratarum nec non polyceas reddituum ab ipsis Rectoribus perceptorum, et omnium quae sunt de ratione earundem Cappellaniarum sibi reservari visis videndis et auditis prius audiendis devenire post Visitationem, tamquam in Visitatione ad Decretum supplicatae reductionis, si et in quantum et ita omnia. Animae a Communione quae adsunt in hac Parochia sunt n°104, in totum vero n°140. Post haec oravit pro defunctis factisque subscriptis Ordinationibus in nomine Domini Nostri Jesu Christi Visitationem Parochialis Ecclesiae, Cleri et populi S. Iacobi ad Pineam nuncupati Veronae absolvit. Qua absoluta egressus ab Ecclesia prosequutus ab antedictis Primiceriis ac a dictis Dominis Principalioribus contractae ad suum Episcopale Palatium cum suo comitatu se restituit, quo perventus est a praefatis Admodum Reverendis Dominis Primiceriis devenerationis, et gratiarum actionis argumenta recepit et ita.

Ordinata. Ad ostiolum S.S. Oleorum ponatur intus clausus ferreus a parte apposita serae ad hoc, ut claudendo ipsum ostiolum, clausus ipse inseratur in cardine marmoreo eiusdem ostioli, et tutiora reddantur Sacramenta. Altaria huius Ecclesiae provideantur de tela cerata super Portatilia reponenda. Altare S. Zenonis provideatur etiam de subtus toballeis duobus. [23] Ex tribus Missalibus pro Vivis, quae vidit, unum cooperiatur de novo corio et alterum provideatur de canone. **Die 7 Decembris 1760. Recurrente Dominica secunda Adventus,** Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Veronensis Comes, statuta iam pro hoc die Pastoralis Visitatione Parochialis Ecclesiae S. Egidii Veronensis [A margine visitatione S. Egidii], et de eadem iam admonito Admodum Reverendo Domino Bartholomeo Momi Vicario deputato loco Admodum Reverendi Domini Iacobi Antonii Comenzoni illius Prioris inhabilis ad curam animarum effecti, ut in actis, hodie mane hora tertiarum praecedente Admodum Reverendo Domino Petro Antonio Cenci Archipresbytero S. Mariae ad Clavicam, Caeremoniarum Magistro, secum sumptis Nobili et Reverendissimo Domino Ferdinando Manuellio Canonico in Vicarium Visitationis, ut ante deputato, me Cancellario, Sacerdotibus suis familiaribus, et reliquo suo comitatu ad visitandam Ecclesiam praedictam S. Egidii pedetemptim perrexit. Ad confinia huius Parochiae perventus est, ei presto fuerunt Nobilis Dominus Marchio Marcus antedictus de Pindemontibus, deputatus huiusce contractae, et Nobilis Marchio Alexander eius frater parte, et nomine Nobilis Dominus Comes Iulius de Ottolini alterius deputatus dictae contractae, nec non a Nobilis Dominus Marchio Aloysius de Pindemontibus qui Domini Suae Illustrissimae et Reverendissimae obsequia et devenerationis argumenta praebuerunt, et sub Baldachino gestato a Nobilibus Oliverio Petro Iacobo, ac Carolo nepotibus Marchionibus de Pindemontibus, ac ab experto, artium et medicinae Domino Dignissimo Iosepho Signorini reverenter susceptus super tapete et pulvinaribus ibi paratis genuflexus Crucem sibi a Reverendo Vicario porrectam, veneratus et deosculatus est, Cleroque cum Cruce et cantoribus praecedentibus solita de ritu canentibus ad [24] Ecclesiam venit. Sistens in limine portae, super tapete ibi parato accepit aspersorium a Reverendo Vicario Momi sibi porrectum, et aqua benedicta se signavit, adstantem populum aspersit et honorem thurificationis triplici ductu de manu eiusdem Reverendi Momi Vicarii recepit. Ingressus in Ecclesiam ante Altare Maius super faldistorium genuflexus oravit, et decantatis a cantoribus rite decantandis Altare ipsum ascendit, in medio deosculatus est, et in cornu Epistolae orationem solitam titularis Ecclesiae recitavit. Reversus ad medium Altaris populo benedixit, et Indulgentiam Suam Episcopalem quam publicare fecit, non tam adstantibus, quam omnibus utriusque sexus Christifidelibus hodie Ecclesiam hanc visitantibus concessit. Postea ascendit ad Thronum a parte Evangelii paratum et ad osculum manus Reverendo Vicario Ecclesiae, Sacerdotibus et Clericis in hac Parochia commorantibus in signum venerationis et oboedientiae receptis adsistentibus sibi in Dalmaticis Admodum Reverendis Dominis, Iacobo Soave Archipresbytero S. Ioannis ad Fontem ac Francisco Camillo Sauro Rectore S. Pauli Veteris, apparamenta violacea sumpsit et preces pro defunctis tam in Ecclesia quam in Coemiterio absolvit. Depositis violaceis, albisque sumptis, et a Reverendo Ecclesiae Vicario Tabernaculo aperto, praevis adoratione, hymno et thurificatione, visitavit Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, quod servatur in Pixide argentea cum cooperculo itidem argenteo, pede vero ex auricalco argenteo linito, intus deaurata. Vidit Tabernaculum panno serico albi coloris intus fulcitum, marmoreum, habens ostiolum cum quattuor seris et una clave, quae argentea brunita est

[25] munitum. Ex perquisitionibus factis, intellexit hoc Sacramentum temporibus debitis renovari, schedas communicatis tempore Paschali distribui et subinde colligi; dum ad infirmos deferendum est, signa in sera dari, et indulgentias Associantibus concessas publicari, ipsumque Augustissimum Sacramentum honore debito servato cum luminibus, et suppellectilibus prout de ritu est ad infirmos deferri. Intorticia et suppellectiles pro iam dicto Sanctissimo Sacramento manutinentur ex Piorum eleemosynis prout assertum fuit. Vidit suppellectiles ipsas iam descriptas in inventario a Reverendo Vicario exhibito, et in fine registrato ad litteram B. Ex interrogatione facta, compertum habuit lampadem accensam die noctuque ardere ante Sanctissimum Sacramentum impensis Admodum Reverendi Prioris Ecclesiae. Sacramenti benedictione populo elargita clausoque Tabernaculo, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Antistes Sacerdotes Vestes induit, et adsistentibus sibi in Dalmaticis praedictis Admodum Reverendis Dominis Iacobo Soave et Francisco Camillo Sauro, Missam celebravit, et sexaginta circiter utriusque sexus Christifideles Sacra Communione refecit. Absoluta Missa, depositisque apparentis, et gratis Deo de more actis, in proximam domum Nobilium Dominorum Marchionum de Pindemontibus se contulit et ab ipsis humanissime acceptus visitavit locum super Coemiterium, ex quo patet specula ex Apostolico Indulto in muro Ecclesiae a parte Evangelii Altaris Maioris aperta, et ex qua ipsi Nobiles Domini Marchiones prospiciunt in Ecclesiam. Vidit speculam ipsam ferrata et crate lignea munitam. Aliam similem vidit speculam contra praedictam a parte Epistolae dicti Altaris Maioris existentem, ex qua a Domo Parochiali pariter in Ecclesiam prospicitur. [26] Post haec ad Thronum suum in Ecclesia ut ante paratum venit et sumpta stola super Rochetum cum Mitra viginti circiter Christifideles utriusque sexus Sacrae Salutis Chrismate perunxit. Subinde visitavit Baptisterium de licentia Praedecessoris sui, rite instructum. Olea Sancta quae servantur in loculo ex marmoribus collustratis decenter formato a parte Evangelii Altaris Maioris, super cuius ostiolum descripta sunt haec verba: “Olea Sancta”, quae vidit in tribus vasis posita ex stanno et vidit etiam vas argenteum continens Oleum Infirmorum intus aliud vas stanneum, et bursam subviolaceam. Hoc utitur Reverendus Vicarius quoties ad infirmos Sacramentum extremae unctionis debet administrare. Contra locum Oleorum Sanctorum vidit simile locum a parte Epistolae, pariter ex marmoribus collustratis effernatum, super cuius ostiolum leguntur haec verba: “Reliquiae Sanctorum”. Aperto ostiolo invenit tres capsulas plumbeas continentes quasdam Sacras Reliquias nullo sigillo munitas et absque ullo authentico documento quas nihilominus in sua Veneratione reliquit. Reverendus Vicarius interim ostendit tabellam existentem in Sacristia in qua descripta sunt verba sequentia: “Reliquiae quae hac in Ecclesia servantur sunt Sanctorum et Sanctarum Egidii, Benedicti, Nicolai, Gregorii, Simeonis, Iacobi, Zaebedei, Matthaei, Georgii, Tiburtii, Caesaris, Agapiti, Cornelii, Cypriani, Agatae, Agnesis, Caeciliae, Scolasticae, simul de vestimentis S. Mariae Iacobae, de capillis S. Mariae Magdalenae, Reliquiae Sancti Petri et Pauli Apostolorum, Sancti Martini Episcopi et Confessoris et complurium Martyrum et Virginum, quorum nomina ignorantur. Vidit quoque Confessionalia rite instructa, et in eis existentem tabellam casuum reservatorum.[27] Postea visitavit Altare Maius ex marmoribus collustratis, cum Portatili in quo celebrat Reverendus Vicarius, et diebus Festis applicat pro populo stype sibi tradita ab Admodum Reverendo Cominzoni huius Ecclesiae Priore. Altare hoc manutinetur in omnibus ex redditibus beneficiis. Adest ad hoc Altare obligatio celebrationis Missarum viginti in anno, pro quibus Ecclesia percipit livellum Thronorum triginta unius, et huiusmodi livello asseritur obnoxiam esse domum in vico S. Egidii quomodo providetur a Domino Antonio Simeoni de S. Petro Incariano. Adest insuper et alia obligatio celebrationis sacrificii unius die Sabbati cuiuslibet hebdomadae pro Animabus purgantibus pro livello unae speltae et solidorum (*soldorum*) quod exigitur ab Antonio Perobelli loco Silvestri Rudari de Quinto, quibus obligationibus hactenus fuit satisfactum, prout in polycea Reverendi Cominzoni Prioris producta, et in fine reposita sub littera B. Assertum quoque fuit, Ecclesiam hanc esse consecratam sed nullum ostensum fuit authenticum documentum nullumque signum tantummodo in tabella, in Sacristia ut supra existente leguntur haec verba. **“Die Dominico qui fuit XIV Kal. Iunii consecrata est Ecclesia S. Egidii anno Domini MCLXXIV in die 11”**. Legitur etiam in dicta tabella, ut sequitur: “Huius antiquissimi templi

cultus ac devotio anno MCCC maxime perorebuit grassante hac in urbe quodam capitis mortifero morbo cum ii solum servarentur incolumes qui divino Egidio, nec non S.S. Agapito et Teclae quorum imagines hic summa cum religione venerabantur se voto obstrinxissent.” Ecclesia haec confertur per concursum ab Episcopo in mensibus Ordinariis ipsamque obtinuit praefatus Admodum Reverendus Dominus Iacobus Antonius Cominzoni modernus Prior per litteras [28] Episcopales de anno in anno. Habet redditus ut in polycea praesentata et reposita in fine sub littera B). Animae a Comunione quae subsunt huic Parochiae sunt 270 in totum 370. Subinde visitavit Altare Beatae Virginis Mariae ex marmoribus pariter collustratis, cum Portatili et icona quae indiget in aliqua eius parte restauratione. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus, osbervato stemma existente super hoc Altare, interrogavit Reverendum Vicarium, cuius familiae esse illud stemma, qui respondit se audivisse, illud esse Nobilis Familiae de Albertis, nescire tamen praecipue qualis cum nonnullae sint in hac Civitate eiusdem nominis familiae, addens insuper quod a nulla ex dictis familiis hoc Altare manutetur et in eo nulla est obligatio Missarum. His igitur auditis, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus antedictus mandavit inquiri utrum nobilis familiae de Albertis aliquod ius habeat in dicto Altare sibi reservans quatenus subinde decernere, post visitationem, tamquam in visitatione quidquid et ita. Altare S. Francisci de ratione Nobilium Dominorum Marchionum de Pindemontibus ex marmoribus quidem collustratis, cum Portatili, et icona, in omnibus bene tentum, et provisum a dictis Nobilibus Marchesibus; nullum adest Legatum Missarum sed in eo quotidie celebrare faciunt ex devotione praefati Nobiles Domini Marchiones de Pindemontibus. Visitavit coemeterium, et Sacristiam, in qua observavit apparamenta, Vasa Sacra, et Sacras suppellectiles descriptas in inventario exhibito, et in fine posito sub littera B), quae omnia manutentur ex redditibus Ecclesiae. Vidit Libros Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum et Mortuorum rite instructos. [29] Intravit in Domum Parochialem quam cum vidisset in multis reparatione indigentem, idem Illustrissimus et Reverendissimus Praesul, vocatis ad se Domino Angelo Cominzoni, nepote Admodum huius Ecclesiae Reverendi Prioris, nec non Domino Iosepho Bello, illius asserto Procuratore, illos monuit, et per eos Admodum Reverendum Dominum Iacobum Antonium Cominzoni antedictum, huius Ecclesiae Priorem, monitum esse voluit ad reparandam citius quam fieri possit eandem Domum Parochialem, ne deterior evadat et ita. Deinceps in uno ex inferioribus cubiculis dicta Domus pro Tribunali sedit, habens a latere Nobilissimum et Reverendissimum Visitationis Vicarium, et vocati coram Sua Illustrissima et Reverendissima Dominatione comparuerunt, praelibati Nobiles Viri Marcus, antedictus Alexander et Oliverius Paseni et Carolus nepos Marchionibus de Pindemontibus de hac Parochia, qui interrogati de vita, moribus et diligentia in exercitio curae animarum, et Ecclesiae servitio, Reverendi Bartholomaei Momi huius Ecclesiae Vicarii, bene in omnibus de eo responderunt. Reverendus Dominus Bartholomaeus Momi aetatis annorum 65 circiter Vicarius deputatus cum mandato Episcopali diei 30 Iulii 1729, ex quo Admodum Reverendus Dominus Iacobus Antonius Cominzoni ipsiusmet Ecclesiae Prior exercitio curae animarum inhabilis effectus fuit per sententiam Supremae Inquisitionis S. Officii Almae Urbis, ut in actis interrogatus de vita, moribus, honestate et servitio Ecclesiae Sacerdotum et Clericorum huius Parochiae, nec non an adsint publici peccatores et inoboedientes praeceptis Ecclesiae, respondit bene de Sacerdotibus et Clericis, nullumque Deo favente, habere publicum peccatorem et unum esse tantum tali tepiditate correptum, qui septem abhinc annis Paschale praeceptum non adimplet, qui tamen monitus de pastoralis hac Visitatione, promisit se intra quindecim dierum spatio, Ecclesiae oboedientem praestitutum super quo [30] praedictus Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus monuit ipsum Reverendum Momi Vicarium ut in eventum in quo dictus inconfessus ad Sacramenta non accederet in termine praemisso, debeat certiore facere Dominationem Suam Illustrissimam et Reverendissimam et ita Reverendus Dominus Signorini Iuris Utriusque Doctor de hac Parochia Examinator Synodalis, alias per plures anno Confessarius Ordinarius Monialium, et aetatis annorum 64 habet mandatum ad annum pro cura Parochialis S.S. Firmi et Rustici ad Fontem cui inservit; ostendit patentes Ordinum, praeter dictum mandatum. Reverendus Dominus Momi Cappellanus Cathedralis et huius Ecclesiae Curatus, aetatis annorum,

48 ostendit patentes Ordinum et mandatum ad curam Animarum, concessum ad annum, et confirmatum die secundo Iulii proximo praeteriti Reverendus Dominus Ioseph Nicolini Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 43, praevisio mandato Episcopali habet mandatum Abbaiae S. Zenonis ad annum pro cura Parochialis S. Petri ad Monasterium confirmatum die proximo Iulii proximi elapsi; ostendit ipsa mandata et patentes Ordinum. Reverendus Dominus Carolus Rodari, Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 52, habet mandatum pro cura S. Benedicti ad annum concessum et confirmatum die 2 Iulii 1760 currente, quod ostendit una cum patentibus Ordinum. Reverendus Dominus Paulus Quintarelli Sacerdos de Nigrario huius Parochia incola et huius Ecclesiae servitio adscriptus, aetatis annorum 27 habet mandatum ad curam animarum pro utroque sexu ad sex menses tantum confirmatum die 24 Augusti proximo transacti ostendit dictum mandatum et patentes Ordinum. Reverendus Dominus Ioannes Caneva, Sacerdos de Cavalo, incola huius Parochiae, adscriptus vero servitio Ecclesiae Parochialis S. Salvatori ad Frignanum, aetatis [31] annorum 28, ostendit patentes Ordinum. Reverendus Dominus Antonius Savan, Sacerdos de S. Ioanne in Valle aetatis annorum 31 et quotidie celebrat ad Altare S. Francisci ex devotione Nobilium Dominorum Marchionum de Pindemontibus a quibus percipit elemosynam. Reverendus Dominus Laurentius Bevilacqua, Sacerdos veronensis aetatis annorum 66 circiter, Confessarius cum mandato pro cura huius Ecclesiae ad annum confirmato die 12 Mensis Iulii 1760, cuius patentes Ordinum ostendit. Reverendus Dominus Tranquillius Pellanda, Sacerdos de Ripalta, aetatis annorum 25, habitat sub hac Parochia, ostendit patentes Ordinum. Veronensis Clericus Ioannes Baptista Gasparini, Lector aetatis annorum 19 circiter de Cavalo, commorans sub hac Parochia, et servitio huius Ecclesiae adscriptus, ostendit patentes. Veronensis Clericus Franciscus Sempreboni Diaconus, pariter de Cavalo, aetatis annorum 23, habitat sub hac Parochia, sed adscriptus est servitio Ecclesiae S. Salvatoris ad Frignanum. Veronensis Clericus Hyeronimus Baciga SubDiaconus de Monte, aetatis annorum 22, habitans sub hac Parochia, adscriptus vero servitio Parochialis Ecclesiae S. Laurentii. Quibus habitis, factisque sequentibus ordinationibus, ad suum Episcopalem Palatium reversus est. **Ordinata.** Provideatur canopeolum decentius pro Pixide. Locus in quo custodiuntur Olea Sancta intus circumvestiatur panno violaceo. Ad ostiolum Oleorum Sanctorum ponatur uncinus ferreus a parte opposita serae, qui claudendo ostiolum praedictum, inseratur in cardine ad Maiorem Sacramentorum securitatem. Provideatur lampas ex auricalco accensa, iugiter manutenenda, ante Sanctissimum [32] Sacramentum. Removeatur tabella ad Altare Beatae Mariae Virginis pro diebus ferialibus. **Die 14 Mensis Decembris 1760 recurrente Dominica IIIa Adventus.** Pastorale munus proximae suae Visitationis Ecclesiarum Veronae iam supremum continuando Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Veronensis una cum Nobili Reverendo Domino Ferdinando Manuellio Canonico Vicario, me Cancellario, suis Sacerdotibus et familiaribus ad Parochialem Ecclesiam S. Benedicti huius Civitatis, cuius Rectori huiusmodi visitatio in termino iam indicta fuit, hodie mane hora circiter tertiarum profectus est. Ad confinia Parochiae obvios habuit Nobilem Dominum Marchionem Georgium Spolverini a Verme, et Nobilem Dominum Comitem Hieronymum Franco, qui nomine contractae Dominationi Suae Illustrissimae et Reverendissimae obsequia praebuerunt. **[A margine S. Benedetto]** Postea sub Baldachino exceptus a Nobilibus Dominis Marchionibus Ioanne Baptista patruo, Antonio nepote de Spolverinis a Verme, Leonardo Pellegrini, Comitibus Ruffino et Octavio fratribus Campanea et Comite Augustino de Maffeis, gestato per solitas caeremonias ad Ecclesiam venit, iam venerata et deosculata cruce ab Admodum Reverendo Domino Pio Gaidoni, huius Ecclesiae Rectore sibi porrecta, praecedentibusque Clero et Cantoribus solita canentibus. In limine Portae Maioris super tapete ibi paratum, stans, accepto aspersorio de manu Reverendi Rectoris praedicti aqua benedicta se signavit, populum adstantem aspersit, et thurificationem triplici ductu ab ipso Reverendo Rectore recepit. Ecclesiam Ingressus ante Altare Maius genuflexus Deo Omnipotenti Misericordiae humiles preces fudit. Cantatis interim decantandis Altare [33] ascendit eoque in medio deosculato et oratione titularis in cornu Epistolae recitata, de medio Altaris reversus ad populum, eidem benedixit et indulgentiam Suam Episcopalem, non tam praesentibus, quam omnibus utriusque sexus Christifidelibus Ecclesiam hanc hodie visitantibus de suo mandato publicatam concessit,

et impertitus est. Subinde ascendit Thronum a parte Evangelii sibi paratum, ubi ad osculum manus admissis omnibus huius Ecclesiae Sacerdotibus et Clericis, assumptis apparamentis violaceis, inservientibus sibi in Dalmaticis Admodum Reverendis Dominis Francisco Camillo Sauro Rectore S. Pauli Veteris, ac Iosepho Bonvicinio Rectore S. Ioannis ad Forum preces pro defunctis persolvit. Depositis violaceis, et sumptis albis, hymno, thurificatione, atque adoratione praemissis, Sanctissimum Eucharisticum Sacramentum visitavit, quod invenit ad Altare Maius in Tabernaculo ligneo perantiquo, auro linito, et in Pixide argentea intus inaurata sub sera, et clavi tute servatum. Ex factis interrogationibus cognovit sub hac cura animas in totum numerari 425, quarum quae communicant 326 circiter, nullumque Deo dante inconfessum tempore Paschali esse, temporibus debitis renovari hoc Sacramentum, schedas communicatis tempore Paschali distribui et, postea colligi, signa dari in sera cum ad infirmos est deferendum Associantibus impertitas indulgentias publicari, et extare suppellectiles decentes ac intorticia pro deferendo decore debito servato ad dictos infirmos Sanctissimum Viaticum. Lampadem iugiter accensam ardere ante praedictum Sacramentum sumptibus Rectoris Ecclesiae quem Admodum etiam Altare ipsum de omnibus manutentur ex redditibus Ecclesiae. [34] Vidit ipsas suppellectiles pro Associando Sanctissimo Sacramento ad infirmos recte instructas, quarum aliae pertinent ad Ecclesiam, aliae paratae fuerunt a Societate Sanctissimi Sacramenti praedicti postremis temporibus canonice erecta, quae descriptae sunt in inventario producto, et registrato in fine huius Libri sub littera C. Deinde sumptis apparamentis Sacerdotalibus, assistentibus pariter in Dalmaticisiam dictis Admodum Reverendis Rectoribus S. Pauli Veteris et S. Ioannis ad Forum, Missa deinde celebravit, in qua octuaginta circiter utriusque sexus Christifideles Angelorum panem recreavit. Interea Illustrissimo et Reverendissimo Domino Domino Antistite Missam celebrante, Nobilis et Reverendissimus Dominus Vicarius se contulit ad visitanda in'sta (*sta per instituta*) Oratoria Privata existentia infra limites huiusce Parochiae videlicet. Oratorium prius in aedibus Nobilis Domini Bertoldi Pellegrini. Aliud in aedibus Nobilis Dominae, sororis Marchionis Hyeronimi Spolverini a Verme. Aliud denique in aedibus Nobilium Dominorum Comitum Augustini et Caroli fratrum de Maffeis ex Indulto Apostolico rite constructa; vidit insuper Vasa Sacra ac suppellectiles ad dicta Oratoria respective pertinentes optime, et purpulite tentas. Expleta Missa, apparamentis depositis, et gratiis Deo actis, in domo Parochiali parvo temporis intervallo se recepit. Inde in Ecclesia ad Thronum suum se restituit, sumptaque stola super Rochetum et Mitram quadraginta circiter Christifideles utriusque sexus Sacro Chrismate in fronte signavit. Postea visitavit Baptisterium vite instructum et rastris ligneis munitum. Vidit quoque Olea Sancta quae servantur in choro a parte Evangelii Altaris Maioris in [35] vasibus argenteis rite constructis; itidem Confessionalia habentia tabellam casuum reservatorum in uno habere affixam. Visitavit Altare Maius cum Portatili in mensa marmoreum. In reliquis vero suis partibus Altare hoc est ex muro, et habet antipectile (*antependium*), et latera ex ligno scalpro elaborato, auroque linito, in antipectile (antependio) est pallium omnium colorum. Manutentur in omnibus ex redditibus Ecclesiae, Tabernaculum ligneum ut supra descriptum fuit, quamprimum fit ex marmore prout asseruit Admodum Reverendus Pater Rector Ecclesiae. Adest in hac Ecclesia Societas Sanctissimi Sacramenti proximis temporibus canonice erecta, qua non habet Legata, sed tantum suppellectiles aliquas in honorem ipsiusmet Sanctissimi Sacramenti ab eadem Schola comparatas, ut iam dictum est. Admodum Reverendissimus Rector applicat diebus festis pro populo. In hoc Altare est Legatum Missarum triginta in anno ex cessione facta Ecclesiae a quodam Nobili Domino Carolo de Maffeis sub die 7 Octobris 1707, vigore cuius cessionis Ioseph dalla Bona tenetur solvere Ecclesiae praedictae annuatim ducatos octo de grossis 31 pro quoque. Celebrat dictas Missas praelibatus Reverendus Rector. Altare Divo Homobono dicatum cum Portatili mensurae non canonicae in mensa marmorea inserto. Pertinet ad Nobilem Familiam de Veritate de Parochia S. Ioannis ad Forum, a qua de omnibus providetur. Adest Cappellania sub titulo S. Homoboni praedicti cum onere, prout assertum fuit, celebrationis Missae singulis sextis Feriis cuiuslibet hebdomadae. Nobilis Familia de Veritate, iam dicta, habet ius praesentandi Sacerdotem [36] qui ad praesens est Reverendus Dominus Laurentius Burlati a patronis antedictis, praesentatus et confirmatus cum litteris Curiae Episcopalis de anno 1746 et adimplet. Habet vero

redditus, ut in polycea. Altare Beatae Mariae Virginis et Sanctissimi Ioannis Baptistae et Francisci cum Portatili non canonicae mensurae; hic adest Legatum relictum a quadam Domina Flavia Gandina de Albertis, de quo in alia visitatione 1653 fit mentio. Reverendus Dominus Antonius Fiorio celebrat bis in hebdomada pro dicto Legato ex commissione Reverendi Domini Antonii Savan, cui a Nobili Domino Comite Vincentio Guerrerio assignatum fuit antedictum Legatum Gandini in titulum sui in partem patrimonii: assertum fuit a Reverendo Domino Savan se habere, seu exigere a diversis livellariis ducatos quadraginta septem circiter in anno, et afflictualibus descriptis in polycea exhibita, et in fine registrata sub littera C. Vidit in hoc Altari custodiam ligneam adinstar marmoris depictam pro reponendo Sanctissimum Sacramentum in hebdomada Maiori, rite instructam. Inspexit totam Ecclesiam, eamque bene ornatam observavit tabulis depictis, et habentem organum super Ianuam Maiorem Ecclesiae ipsius. Visitavit chorum, Sacristiam, et apparamenta in ea, suppellectiles (*sarebbe più giusto usare il neutro suppellectilia, tuttavia su originale si riporta sempre suppellectiles che si è mantenuto, sia in precedenza, come nel prosiegua del testo, nel rispetto dell'originale*) et Vasa Sacra omnia bene tenta. Vidit Libros Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum et Mortuorum rite servatos. Hoc Beneficium confertur per concursum ab Ordinario in Mensibus non reservatis illudque obtinuit Admodum Reverendus Pater Dominus Pius Gaidonus modernus Rector per litteras Episcopales diei 5 Ianuarii 1755, habet redditus, ut in polycea praesentata, et in fine registrata sub littera C. [37] Animae a comunione, quae subsunt huic Parochiae sunt n° 326 in totum n°425. Subinde in Domum Parochialem Ingressus, sedit pro Tribunali una cum Nobili et Reverendissimo Vicario Visitationis et coram Sua Illustrissima et Reverendissima Dominatione vocati comparuerunt Nobiles Domini Marchio Sergius de Spolverini a Verme, deputatus huius contractae, Comes Hieronymus Franco et Dominus Ioannes Baptista Trevano, alter deputatus, qui interrogati de vita, moribus, et vigilantia in exercenda cura Animarum Reverendi Rectoris, in omnibus de eo bene retulerunt. Postea comparuit Nobilis et Admodum Reverendus Dominus Marchio Iacobus Spolverini a Verme, Sacerdos aetatis annorum 40 circiter qui ostendit mandatum pro cura huius Parochiae. Admodum Reverendus Dominus Pius Gaidoni, Ecclesiae Rector aetatis annorum 38 circiter ostendit Bullas collationis. Interrogatus de vita, moribus, et servitio Ecclesiae Sacerdotum et Clericorum, nec non an in sua Parochia adsint inconfessi, publici peccatores, respondit, Deo adiuvante, Sacerdos et Clericos bene, ac religiose vivere diligenter Ecclesiae famulatum praestare, nullumque habere inconfessum Paschale, neque publicum peccatorem. Reverendus Dominus Ioseph Donà Sacerdos Cappellanus Cathedralis aetatis annorum 29 circiter exercet curam huius Parochiae cum mandato ad annum pro utroque sexu. Reverendus Dominus Antonius Acquaroli Sacerdos Cappellanus Nobilium Dominorum de Spolverinis a Verme aetatis annorum 43 habet mandatum ad annum, pro cura huius Ecclesiae. Reverendus Dominus Uldericus Betteloni Sacerdos Confessarius, Ordinarius Sanctimonialium S. Silvestri huius Civitatis, aetatis annorum 60 circiter habet etiam mandatum pro hac cura ad annum. [38] Reverendus Dominus Iacobus Munier Sacerdos aetatis annorum 48 circiter habet mandatum ad annum pro cura huius Ecclesiae. Reverendus Dominus Antonius Munier aetatis annorum 34 circiter. Reverendus Dominus Paulus Patuzzi Iuris Utriusque Doctor Sacerdos et Celeber Concionator aetatis annorum 48 circiter, habet mandatum ad annum pro cura Ecclesiae Parochialis S. Mariae Consolatricis modo inservit Parochiali S. Salvatoris ad Frignanum. Reverendus Dominus Aloysius Grancelli, Sacerdos de Puteolongo huius Dioecesis, modo incola huiusce contractae aetatis annorum 38 circiter cum mandato ad annum pro cura Parochialis S. Marci cui inservit. Reverendus Dominus Laurentius Burlatti Sacerdos de S. Salvatore ad Frignanum, Rector Cappellae S. Homoboni in hac Ecclesia, aetatis annorum 48. Reverendus Dominus Antonius Savan Sacerdos de S. Ioanne in Valle aetatis annorum 30 electus ad officiaturam Gandini in hac Ecclesia. Reverendus Dominus Antonius Fiorio Sacerdos de S. Ioanne in Fonte aetatis annorum 30 inservit huic Ecclesiae. Reverendus Dominus Antonius Tremoloni Sacerdos de S. Vitale, Cappellanus Nobilis Familiae de Pellegrinis, aetatis annorum 66 circiter celebrat in Oratorio privato Nobilium Dominorum de Pellegrinis praedictis. Clericus Gondisalvus Ruggeri in minoribus tantum constitutus de hac Parochia cui inservit aetatis annorum 24 circiter. Clericus Ioannes Baptista Lonardi de Marano

huius Dioecesis in Minoribus quidem constitutus, incola Parochiae S. Felicitatis, inservit huic Ecclesiae tamen aetatis annorum 22. Qui omnes cum deveneratione, et obsequio in Illustrissimam et Reverendissimam [39] Dominationem Suam, suorum respective Ordinum, et ad Confessiones mandata praesentaverunt, eisque pariter restituta fuerunt. Post haec in Ecclesiam ascendit, ubi invenit convocatam Scholam Doctrinae Christianae, puerorum, et puellarum, qua seiungitur una ab altera, medio tela transversa, et per varias factas interrogationes, tam pueris, quam puellis, summa laetitia animi sui, cognovit utrosque bene instructos, quibus et praemia benigne distribuit, et intellexit opus ipsum iuxta tiipis traditas regulas regi et gubernari. Vidit etiam Libros, in quibus registrantur communionem Scholae Puellarum et frequentia Sacerdotum et Clericorum. **Ordinata.** Portatile mensurae canonicae provideatur tam pro Altare Homoboni quam pro Altare Beatae Mariae Virginis. Quibus habitis iterum oravit pro defunctis et ad suum Episcopalem Palatium se restituit. **Die Dominica IVa Adventus 21 Mensis decembris 1760.** Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Veronensis praenominatus, et Comes, descendens hodie mane a Palatio Suo Episcopali una cum iam dicto Nobili Reverendissimo Suo Vicario Visitationis, me Cancellario et suo comitatu ad visitandam Ecclesiam Parochialem S. Salvatoris ad Frignanum huius Civitatis pedester profectus est. Ad confinia Parochiae reverenter sub Baldachino gestato a Nobilibus Dominis Comitibus Iulio Petro, Antonio ac Dominico fratribus et respective nepotibus de Ottolinis, ac a Nobili Domino Iacobo Peccana, parte et nomine Nobilis Domini Comitum Caroli a Turre eius avunculi, deosculata cruce sibi ab Admodum Reverendo Lauro Lanori Ecclesiae Rectore porrecta per [40] caerimonias iam supra descriptas Ecclesiam ipsam Ingressus est. Ante Altare Maius genuflexus oravit, populo solemner benedixit, et indulgentiam suam Episcopalem non tam adstantibus, quam omnibus utriusque sexus Christifidelibus hodie Ecclesiam hanc visitantibus elargitus est. Dein sedens in Throno a cornu Evangelii parato ad osculum manus Admodum Reverendum Rectorem, Sacerdotes et Clericos admisit, et adsistentibus sibi in Dalmaticis Admodum Reverendis Dominis Franco Camillo Sauro Rectore S. Pauli Veteris ac Pius Gaidoni Rectore S. Benedicti, paramenta ex auro et serico contexta induit et pro defunctis tam in Ecclesia, quam in proximo Coemiterio rite persolvit. Postea, servato Pontificalis Romae ritu, visitavit Sanctissimum Eucharestiae Sacramentum, quod in Pixide argentea intus Tabernaculum marmoreum duplici ostiolo sub duabus clavibus, et seris munitum tenetur. Quarum clavium una est argentea, et pendet a parva catena pariter argentea. Factis interrogationibus comperit Illustrissimus et Reverendissimus Antistes Sacramentum hoc temporibus debitis renovari, signa dari in sera cum ad infirmos est deferendum, schedas communicatis in Pashale dispensari et recolligi [A margine S. Salvar Vecchio] et tandem indulgentias Associantibus iupsummet Sanctissimum Sacramentum concessas publicari. Intellexit quoque lampadem accensam iugiter ardere ante dictum Sacramentum ex impensis Admodum Reverendi Domini huius Ecclesiae Archipresbyteri. Quibus intellectis pariter observato ritu Pontificalis Romae benedictionem Sacramenti populo impertitus est, eoque reposito in Tabernaculo, et clauso, vidit suppellectiles quae inserviunt pro deferendo ad infirmos [41] Sanctissimum Viaticum. Ad hoc Altare postremis temporibus canonice erecta fuit Societas sub titulo Sanctissimi Sacramenti, a qua manutinentur suppellectiles praedictas nec non intorticia pro deferendo ad infirmos dictum Sanctissimum Sacramentum. Regitur ipsa Societas, ut assertum fuit, iuxta capitula erectionis, et providet hoc Altare de sex candelis in anno ponderis librae unius pro quaque. Deinceps Illustrissimus et Reverendissimus Praesul Sacerdotalibus apparamentis indutus, adsistentibus sibi in Dalmaticis, Admodum Reverendis Dominis Rectoribus antenominatis, Missam devote celebravit, et quadraginta quattuor circiter utriusque sexus Christifidelibus Eucharistico pane refecit. Interim Illustrissimo et Reverendissimo Domino Domino Episcopo praedictam Missam, ut supra celebrante, Nobilissimus et Reverendissimus Dominus Canonicus Vicarius Visitationis se contulit ad visitanda in'sta tria Oratoria privata. Vidit Oratorium in aedibus Nobilis Domini Angeli Abbatis de Ottolinis. Aliud in aedibus Nobilium Dominorum Comitum Ottolini et Iulii Patruorum Antonii et Dominici nepotum de Ottolinis. Quae bene et rite constructa, decenter ornata, ac de omnibus necessariis ad Sacrum faciendum provisa invenit. Tertium privatum Oratorium visitavit in aedibus Nobilium Dominorum Comitum, Caroli

et Raimondi fratrum a Turre, in quo fecit infrascripta **Ordinata**. Obturentur rimulas circum Portatili, ne sordes se insinuent; calix et patena denuo aurentur; provideantur tabella et ornetur Altare. Missa completa, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus apparamentis exutus gratias [42] D.O.M (*Deo Omnipotenti Misericordi*) peregit, et in Domum Parochialem paulisper quievit. Reversus postea in Ecclesia ad Thronum suum sumpsit stolam super Rochetum et Mitram, ac triginta sex circiter personas Sacro Chrismate confirmavit. Post haec visitavit Baptisterium de licentia Ordinarii temporibus transactis, rite constructum, et rastris ferreis munitum. Sic pariter visitavit Olea Sancta bene tenta in vasibus stanneis, et in loco a parte Evangelii Altaris Maioris, Oleum vero Infirmorum in vasa argentea et in capsulam nuceam cum bursa violacea coloris. Vidit quoque sequentes sacras reliquias. Vidit particulam ex cunabulis D.N.J.C. (*Domini Nostri Iesu Christi*) sigillo, et patentibus Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Fratris Francisci de Nicolais Archiepiscopi Miirensis datis die 19 Martii 1715 munitam, et recognitam in hac Episcopali Curia die proximo Decembris 1715. Particulam ex velo Beatae Mariae Virginis munitam sigillo, et litteris Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Simonis Griti Episcopi ferentini diei 3 Martii 1728, in hac Cancellaria Episcopali vero recognitam die 20 Decembris 1734. Particulam ex indumento serico rubro, quo coopertum fuit Sacrum Corpus S. Margaritae de Cortona cum patentibus Domini Domini Illustrissimi et Reverendissimi Aloisii Gherardi Episcopi Cortonensis diei 12 Iulii 1745, quam mandavit recognosci per curiam suam in forma. Particulam ex sacris ossibus S. Andreae Apostoli descriptam in Visitatione Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi Ioannis Bragadeni huius Civitatis Episcopi immediati Praedecessoris sui, die 17 Decembris 1745 eiusque sigillo munitam. Vidit demum etiam sequentes nempe, ex sacris ossibus S. Blasii Episcopi et Martiris; [43] ex sacris ossibus S. Agathae Virginis et Martiris; ex sacris ossibus S. Iulianae Virginis et Martiris; ex sacris ossibus S. Remigii Martiris, positas in quattuor distinctis thecis argenteis prout in patentibus praefati Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi Bragadeni diei 18 Iulii 1742. Quas omnes recognovit et deveneratus est. Vidit etiam clavem ferream positam in custodia earundem Sacrarum Reliquiarum et interrogatus Reverendus Rector de dicta clavi respondit se eam reperisse in dicta custodia servatam a Praedecessoribus suis sub nomine clavis S. Bellini, addens apud illos, qui bestiarum morsus patiuntur, ex multo tempore in devotione esse, accurrere ad hanc Ecclesiam, ut dicta clavi adhibita benedictionem accipiant contra morsus antedictos ab ipsis passos ut sibi relatum fuit, et prout quidem pluries evenit, ex quo Reverendus Rector hanc regit Ecclesiam. Visitavit insuper Altaria infradicta nempe Altare Maius ex marmoribus collustratis, non consecratum, imo cum Portatili in Mensa et icona depicta, optime ornatum, et perpulite tentum, manutenetur a Parocho, nullumque adest Legatum Missarum, celebrat tantum in ea Admodum Reverendus Archipresbyter et applicat pro suo populo diebus Festis. Altare S. Dionisii ex marmoribus pariter cum Portatili et icona. Providetur de omnibus a Nobili Domino Bartholomeo Rebescotti et in summitate eiusdem Altaris haec verba leguntur: "D.O.M. Nobilis Dominus Lucas Rebescottus hanc aram F.F." Adest Legatum pro officiis Missarum decem et octo in quolibet anno, pro quibus dictus Nobilis Dominus Bartholomeus Rebescottus solvit Thronos triginta unum [44] annuatim vigore Testamenti cuiusdam Domini Ioannis Rebescotti, cuiusdam Francisci Mariae, rogato sub die 10 Iunii 1620 manu Bartholomei Zucco Notarii, ut in polycea infra reposita sub littera D. Reverendus Rector celebrat Missas, ut ante ordinatas. Altare Beatae Virginis Mariae pariter ex marmoribus cum Portatili et icona, in cuius medio est imago ipsiusmet Beatae Virginis Mariae cum puero bene depicta et Altare ipsum est optime ornatum. Habet gradus pro candelabris ex ligno confectos et custodiam pariter ex ligno, ad instar marmoris depictos, in custodia servatur in hebdomada Maiori Sacramentum in omnibus providetur a Reverendo Rectore. Visitavit duo Confessionalia a lateribus Baptisterii existentia. Vidit Sacristiamet Tribunas apertas ab utroque latere Cappellae Altaris Maioris. Vidit insuper Vasa Sacra, suas suppellectiles sacras de quibus in inventario praedicto et infra registrato sub littera Dominum Super praedictum Altare Beatae Mariae Virginis sequens extat inscriptio "Stephanus Trentossius iam Rector huius Ecclesiae, et postea Canonicus istius Cathedralis". Ad hoc relictum fuit Legatum annuum ducatorum triginta a quodam Reverendo Domino Matheo Dora huius Ecclesiae Rectore pro

celebrandis tot Missis in anno, prout eius Testamento diei 15 Aprilis 1720 rogato per Dominum Ioannem Baptistam Seriatum Notarium, cui satisfacit Reverendus Archipresbyterus. Postea visitavit libros Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum et Mortuorum bene instructos. Visitavit denique Coemiterium et demum Parochialem in qua sedit pro Tribunali una cum praelibato Nobili et Reverendo Canonico Suae Visitationis Vicario, et coram Sua Illustrissima et Reverendissima Dominatione vocati comparuerunt Nobiles Domini Comites Iulius Petrus et Dominicus nepotes de Ottolinis, nec non Dominus Carolus Francescotti, qui interrogati de vita, moribus ac diligentia [45] in exercitio cura Animarum Reverendi Rectoris in omnibus de eo bene retulerunt. Postea venit Nobilis et Admodum Comes Angelus de Ottolinis Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 64 et interrogatus bene retulit de Reverendo Rectore, Sacerdotibus et Clericis huiusce Parochiae. Successive comparuerunt infrascripti Admodum Reverendus Dominus Laurus Zanoni, modernus Rector Archipresbyterus nuncupatus huius Ecclesiae aetatis annorum 54, qui interrogatus de statu Animarum et an sit aliquis inconfessus in tempore Pashali vel publicus peccator, respondit animas a communione esse 271, in totum 395 et neminem esse inconfessum neque publicum peccatorem. Ostendit Bullas Apostolicas, quas obtinuit praevio concursu. Praesentavit etiam inventarium reddituum huius Beneficii quod legitur registratum sub littera D. Vidit postea Reverendus Admodum Dominus Sacerdos Veronensis Zamboni Curatus huius Ecclesiae aetatis annorum 56. Reverendus Dominus Pater Ioannes Poli Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum circiter 50, et non comparuit ex quo moratur ruri dispensatus est. Reverendus Dominus Ioannes Baptista Frattini Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 53 circiter alias Confessor Ordinarius Monialium, habet mandatum ad curam. Reverendus Dominus Paulus Patuzzi Iuris Utriusque Doctor Concionator servitio huius Ecclesiae adscriptus ut in Visitatione S. Benedicti vidit Reverendus Dominus Ioannes Braman Sacerdos de hac circiter aetatis annorum 42 et habet mandatum ad curam. Reverendus Dominus Laurentius Burlatti Sacerdos de hac Ecclesia aetatis annorum circiter 4. Reverendus Dominus Iacobus Momi Sacerdos de hac Ecclesia Cappellanus Cathedralis aetatis annorum circiter 24. Reverendus Pater Dominus Alexander Lucchi Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 42 circiter. [46] Reverendus Pater Dominus Nicolaus Fontana Sacerdos de hac Ecclesia aetatis annorum 38 circiter. Reverendus Pater Dominus Bartholomaeus Peraccini Sacerdos de S. Euphemia aetatis annorum 29, celebrat diebus Festis in hac Ecclesia ex devotione Nobilium Dominorum Comitum de Ottolinis a quibus percipit eleemosynam. Reverendus Pater Dominus Ignatius Mastella Sacerdos de Erbetio, modo degens sub hac Parochia aetatis annorum 36 habet etiam mandatum pro hac cura. Vidit Reverendus Dominus Gaspar Tessari Sacerdos de S. Marco aetatis annorum 43 circiter, celebrat in hac ad nutum Reverendi Rectoris. Clericus Ioannes Baptista Paccanoni Diaconus, et Accolitus Cathedralis cui inservit aetatis annorum 24 circiter. Clericus Franciscus Semprebboni Diaconus de Cavalo aetatis annorum 24 inservit huic Ecclesiae. Clericus Dominicus Fiorini de S. Euphemia aetatis annorum 36 in Minoribus constitutus adscriptus est servitio huius Ecclesiae, cui inservit. Post haec, adventante hora Doctrinae Christianae, datisque solitis signis pro convocandis pueris in hac Ecclesia, et puellis in simplici Ecclesia S. Mamae infra limites huius Parochiae existente, Praelaudatus Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Antistes humanissime acceptus a Nobili Domino Comite Iulio Ottolini et Excellentissimo Domino Advocato Nicolao Ruffoni huiusce Scholae visitatoribus in hanc Parochialem Ecclesiam venit, ac repertis classibus in suo ordine dispositis plures interrogavit ex iis discipulis de Misteriis Fidei, aliisque ad Aeternam Salutem scitu necessariis, illosque invenit optime instructos, inde maxima cum alacritate eis praemia distribuit. [47] Subinde se contulit ad simplicem Ecclesiam S. Mamae ubi cum invenisset operarias et puellas collectas Scholae Doctrinae Christianae, qua in hac praedicta simplici Ecclesia exerceri solet, acceptis prius a Nobili Domino Francisco Albarellio Massario, Iacobo Masorgo Gastaldeno, et Sancto Locatello, ac Domenico Marchesini, uno ex Raciocinatoribus artis laneariorum obsequiis testimoniis, et venerationis, nec non a Reverendo Bartholomeo Momi Cappellano residenti in hac Ecclesia, et accepto aspergillo de manu Admodum Reverendi Archipresbyteri praedicti signavit se, populum adstante aspersit et brevi facta oratione visitavit Altare Maius marmoreum, dicatum Dominae Nzamae, nobilis structurae,

eumque observavit de omnibus bene provisum, ornatum atque optime tentum. De eius mandato Nobilis et Reverendissimus Dominus Visitationis Vicarius, visitavit Altare Beatae Mariae Virginis, pariter marmoreum, bene ornatum et de omnibus provisum. Interea Praelibatus Illustrissimus et Reverendissimus Praesul per varias interrogationes a se ipso factas puellis ibi ut ante congregatis Scholae Doctrinae Christianae, non sine magna animi sui consolatione, compertum habuit ipsas optime edoctas esse, proptereaque omnibus sibi bene respondentibus praemia elargitus est. Visitavit postea veterem Reliquiam dentis scilicet S. Martinae Martiris quam invenit positam in Reliquiario argenteo cum perlucido cristallo et servatam in armariolo cum sera, et clavi a cornu Evangelii Altari Maioris instructo, panno serico rubro intus circumdato ac ostiolo, ut ante, munito iuxta tenorem Ordinationis factae in Pastoralis Visitatione diei proximo Februarii 1654. [48] De hac Reliquia nullum constat authenticum documentum, sed stante provantique consuetudine eam deferendi in Processione et publicae venerationi eam exponendi, ut perhibetur etiam in praecitata Visitatione 1654, in qua ipsamet Reliquia confirmata fuit, decrevit eandem remanere in pia veneratione. Simplex haec Ecclesia S. Mamae pertinet [A margine S. Mamamete Martire] ad artem caseariorum, a qua in omnibus manutinetur, est in omnibus suis partibus bene ornata tabulis depictis, nulla est in ea obligatio Missarum, neque Legata sed tantum tres Missae in hebdomada diebus Festivis comprehensis celebrantur a Reverendo Domino Bartholomeao Momi, Cappellano ab arte praedicta electo ad custodiendam Ecclesiam, et ad habitandum proximam domum de ratione eiusdem artis. Praeter usum praedicta domus habet insuper a dicta arte Reverendus Cappellanus ducatos triginta sex de grossis, triginta uno pro quoque pro honorario, sibi tradito a praedicta arte, prout in folio a dicto Reverendo Momi exhibito et in fine huius Libri registrato sub littera D. Deinde visitavit Sacristiamperangustam, in qua etiam pulsantur campanae, vidit Vasa Sacra et Sacras suppellectiles quae perpulite reperiit instructae. His peractis ad Parochialem Ecclesiam rediit, pro defunctis oravit, et relictis in'stis ordinationibus ad suum Episcopalem Palatium prandium sumpturus institit una cum totu suo comitatu se restituit. **Ordinata.** Pixis una cum cooperculo intus inauretur. [49] Provideatur canopeum per Tabernaculo ex coloribus iuxta ritum. Lanula Ostensorii in duas partes fiat, ita ut in ea collocari possit Sanctissimum Sacramentum occasione expositionis absque periculo quod in ipsa remaneant fragmenta. Pro tribus Altaribus huius Ecclesiae provideantur subtobaleas ex lino dealbato, quibus integra mensa cuiuslibet cooperiatur. Pro Confessionali versus Portam Ecclesiae provideatur una crates, et pro altero versus Domum Parochialem provideantur duas crates, quae habeant feramina strictiora. **Die Dominico 28 Mensis Decembris 1760 recurrente Festo SS. Innocentium.** Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Veronensis Episcopus et Comes prosequendo Pastoralem Suam Visitationem Ecclesiarum Civitatis Associatus a saepenominato Nobili Illustrissimo et Reverendissimo Domino Domino huius Visitationis Vicario, me Cancellario, totoque suo comitatu hodie mane circiter hora tertiarum accessit in Rheda ad Parochialem Ecclesiam S. Ioannis ad Forum. Ad confinia descensus Rheda reverenter acceptus fuit sub gestato a Nobilibus Comitibus Teobaldo Petro et Angelo nepote [A margine S. Giovanni al Foro] de Lavagnolis, a Comite Ioanne Baptista a Veritate ac ab Excellentissimo homine Domino Bartholomeao Ruffoni, et osculata cruce ad Admodum Reverendo Domino Iosepho Bonvicinio Rectore sibi porrecta per solitas caerimonias iuxta praescriptam formam a Pontificali Romano, Parochialem Ecclesiam processionaliter Ingressus est, et humili facta oratione, populo benedixit solemniter, ac indulgentiam quadraginta dierum Christifidelibus praesentibus, et Ecclesiam hanc hodie visitantibus concessit, ac elargitus est. [50] Ad Thronum in cornu Evangelii paratum venit, ubi ad osculum manus Reverendos Rectorem, Sacerdotes et Clericos huius Ecclesiae admisit, sumptisque apparamentis, inservientibus sibi in Dalmaticis Admodum Reverendis Dominis Francisco Camillo Sauro Rectore S. Pauli Veteris, ac Pio Gaidoni Archipresbytero S. Benedicti, precibus pro defunctis rite absolutis visitavit Sanctissimum Eucharestiae Sacramentum servatum in Pixide, qua habet vas argenteum intus inauratum, cooperculum cupreum pariter inauratum, pedem vero ex auricalco quidem inaurato custoditur in Tabernaculo marmoreo, panno serico albo intus circumdato, seris et clavibus munito. Ex perquisitionibus factis intellexit ipsum Sanctissimum Sacramentum temporibus debitis

renovari ad infirmos, datis in praecedenti sera signis, debito decore ac reverentia deferri et schedas communicatis tempore Paschali distribui et subinde colligi; animas a communione hic numerari 163, in totum 218. Vidit insuper Sacras suppellectiles pro Associando Sanctissimum Sacramentum praedictum ad infirmos decenter instructas et manutentas a Veronensi Confraternitate eiusdem Sanctissimi Sacramenti, a qua etiam providentur Cerea pro expositione Sanctissimi Sacramenti, quae temporibus quadragesima quaresimali fieri solet in hac Ecclesia singulis diebus SAbbahi populo benedictione Sacramentali impertita, repositoque Sacramento in Tabernaculo, ipse Illustrissimus et Reverendissimus Praesul ad Thronum reversus assumpsit Sacerdotalia apparamenta et adistentibus sibi supradictis Reverendis Dominis Rectoribus S. Pauli Veteris et S. Benedicti, Missam celebravit devote, in qua triginta tribus circiter utriusque sexus Christifidelibus, [51] Sacram distribuit Sinaxim. Missa absoluta, depositisque apparamentis, et gratiis Deo de more actis in Domum Parochialerm venit, ubi paulisper se refecit. Postea in Ecclesiam reversus ad Thronum suum sumpsit stolam super Rochetum et Mitram, ac Missam ac quinquaginta circiter Christifideles Sacro Chrismate perunxit. Subinde visitavit Baptisterium, quod invenit canonice constructum, et rastris ferreis circumdatum deisque Sanctis in loco a parte Evangelii Altaris Maioris rite conservato (*obfermato*) in suis vasibus, videlicet infirmorum in vaso argenteo et Reliquis Sacramentis in Vasibus stanneis servatis, vidit infra dictas Sacras Reliquias nempe: particulas ex velo Beatae Mariae Virginis tincto cruore Domini Nostri Iesu Christi. Ex capillis eiusdem Beatae Mariae Virginis, de Pallio S. Iosephi sponsi purissimi praedictae Mariae Virginis; ex sacris ossibus Sanctorum Ioachim et Annae parentum Beatae Mariae Virginis; Sanctorum Ioannis Baptistae Praecursoris Domini, Zachariae et Helisabethae parentum eiusdem Sancti Praecursoris; Sanctorum Gregorii Papae, Agustini Episcopi, Hieronymi Presbyterii, Ambrosii Episcopi, Bonaventurae Cardinalis, Thomaeque Aquinii Ecclesiae Doctorum, Sanctorum Caroli Borromei, Nicolai Episcopi dicti barensis; Sanctorum Lazarii Episcopi Martiris, Mariae Magdalenae paenitentis, Marthae Virginis, Dionisii Aeropagii, Iosephi ab Arimathea, Longini Martiris, Mariae Cleophae, Mariae Salimae et Mariae Iacobi, ac Sancti Dominici Confessoris Ordinis Praedicatorum, nec non de veste Sancti Ioannis Apostolis et Evangelistae, descriptas in litteris patentibus Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Francisci Friderici de Giordanis Archiepiscopi Melitenensis ProtoNotarii Apostolici, utriusque signaturae referendarii datum Romae ex aedibus suis die 4 Augusti 1727, exhibitis, visis et restitutis, repositas et [52] collocatas in Reliquiario ovato argenteo cum crystallo ab utraque parte in dictis patentibus nominato, et sigillo parvo Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Ioannis Bragadeni tunc huius Civitatis Episcopi in cera rubra hispanica impresso, munito occasione recognitionis dictarum Sacrarum Reliquiarum factae in hac Curia Episcopali, cum facultate illas publicae venerationi exponendi, prout ex actu constat a tergo dictarum litterarum patentium rogato sub die 12 Martii 1748. Particulam ex veste S. Ioannis Apostoli et Evangelistae positam in parva theca ovata ex auricalco, munitam sigillo, ac litteris patentibus Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi Bragadeni praedicti datum ex hac curia die 15 Martii 1749. Particulas ex visceribus et Dalmatica S. Caroli Borromei in parva theca ex auricalco, ovalis formae, munitas sigillo et patentibus praefati Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi Bragadeni, datis ex Curia nostra die 6 Iulii 1752. Quas utpote authenticis documentis roboratas Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Antistes recognovit, ac deveneratus est, et ut publice Christifidelium venerationi servato debito decore exponantur, concessit et indulsit. Post haec visitavit Altare Maius ex marmoribus collustratis, cum custodia itidem marmorea rite instructa, in qua, ut supra dictum est, custoditur Sanctissimum Sacramentum. Icona huius Altaris posita est in pariete medii chori, in qua depictae sunt imagines Conceptionis Beatae Mariae Virginis, S. Ioannis Evangelistae ac S. Sebastiani Martiris manu equitis Cappa pictoris. Altare hoc est perpulite ornatum, manutenetur ab Admodum Reverendo Rectore, prout etiam lampas ante Sacramentum; nulla in eo est obligatio seu Legatum [53] Missarum; Admodum Reverendus Rector celebrat diebus Festis, et applicat pro populo. Ecclesiam istam, assertum fuit, esse consecratam, sed nullum adest de hoc fundamentum; confertur per concursum ab Ordinario cessantibus reservationibus et affectionibus Apostolicis, et

habet redditus, ut in polycea producta et in fine registrata sub littera E. Modernus Rector est Admodum antedictus Reverendus Pater Dominus Ioseph Bonvicini Sacerdos Theologiae Professor in Veronensi Episcopali Seminario, qui Ecclesiam hanc consecutus est per litteras apostolicas sub data Romae apud S. Mariam Maiorem, anno Incarnationis Dominicae 1757, tertia Kalendas Maii proximas, quas ostendit. Duae in praedicta Ecclesia extant Confraternitates, una scilicet Sanctissimi Sacramenti, de qua supra facta est mentio, altera sub titulo Sanctissimae Conceptionis Beatae Mariae Virginis, canonice erecta; habent redditus ut in polyceis sub littera E. Altare Beatae Mariae Virginis situm in Cappella ex marmoribus constructum cum Portatili et icona depicta ab Andrea Voltolini. Domini Franciscus et fratres de Butturini Veronenses sunt huius Altaris patroni, et habent onus solvendi ducatos 12 in anno Admodum Reverendo Rectori pro manutentione Altaris iam dicti, et pro Sacristia propter Missam, quam quotidie ad hoc Altare celebrare faciunt praedicti Domini Butturini per Reverendum Dominum Sebastianum Silvestrini Sacerdotem Veronensem ex obligatione, quam habent vigore capitulorum praedicti Domini Franciscus, Horatius et Bernardinus, fratres de Butturini, cuiusdam Alexandri et Admodum Reverendus Rector, Admodum Dominus Raphael Baroni, huius Ecclesiae Parochialis tunc Rector, concordatum sub die 8 Septembris 1624. Super hoc Altare leguntur in marmore incisa haec verba: “Deiparae Virginis Mariae Conceptionis Dominis Francisco, Xaverio, Alexandro et Bernardino”.

[54] Altare Sanctissimi Crucifixi, in quo super Crucem in icona depicta cum imaginibus Beatae Mariae Addoratae, S. Ioannis Evangelistae, Sanctorum Francisci de Paula, Antonii, Dominici et Francisci Assisiensis simulacrum Sanctissimi Crucifixi praedicti extitit. Altare huiusmodi est marmoreum in mensa cum Portatili, in eo adest custodia pariter marmorea, in qua servantur Sacras Reliquias supradictas, et supra ostium huiusce custodiae leguntur hae duae litterae: R et S. In hoc Altari est Cappellania sub titulo S. Mariae. Sancta Congregatio Cleri Intrinseci habet iuspatronatus eligendi et praesentandi Cappellanum ad dictam Cappellaniam qui ad praesens est Reverendus Dominus Ioseph Benvenuti, ad praesentationem dictae S. Congregationis institutus et confirmatus cum litteris curiae Episcopalis diei 9 iunii 1752, quas ostendit. Interrogatus pius Reverendus Cappellanus Ioseph Benvenuti de adimplemento oneris Missarum dictae Cappellaniae respondit se adimplere iuxta quantitatem reddituum quos annuatim percipit, instetique ac supplicatus est Suam Reverendissimam et Illustrissimam Dominationem ut dignetur, et vellit opportuno Decreto reducere onus ipsum Missarum huius Cappellaniae iuxta vires fructuum, qui modo percipiuntur. Hoc audito, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus, monendo dictum Reverendum Benvenuti Cappellanum ad parandas scripturas et documenta circa hanc Cappellaniam, eiusque redditus sibi reservavit decernere post Visitationem tamquam in Visitatione super supplicata reductione, prout de iure. Alia inest huic Altari Cappellania sub invocatione Sanctorum Francisci, Catharinae, ac Mariae Consolatricis de iuspatronatu Familiae De Pugialis de Frisighela. Huiusmodi, familia deficiente assertum fuit succedere in [55] ipsomet iuspatronatu S. Congregationem praelibatam Cleri Intrinseci; Cappellanus ad praesens est Reverendus Dominus Ioseph Lugo, Sacerdos Veronensis medio litterarum Curiae Episcopalis diei 31 Maii 1753, qui satisfacit oneri Missarum. Visitavit et Confessionalia, duo scilicet in Ecclesia et unum in Cappella Beatae Virginis, bene et rite constructa. Visitavit insuper Sacristiam, et in ea Vasa Sacra, suppellectiles et apparamenta quae descripta iam reperiuntur in polycea praesentata et in fine registrata sub alias dicta littera E. Vidit etiam Libros Renatorum (baptizatorum), Confirmatorum, Matrimoniorum et Mortuorum optime tentos. Interea Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Praesul una cum Nobili et Reverendissimo Domino Canonico huius Visitationis Vicario, me Cancellario, et reliquo suo comitatu se contulit ad visitandam simplicem proximam Ecclesiam S.S. Simonis et Iudae Apostolorum infra limites huius Parochiae existentis, quo appropians fuit et humanissime acceptus a Nobili Comite Ruffino Campanea Prorectore et a Principalioribus illius antiquae Confraternitatis [A margine S.S. Simone e Giuda] sub titulo S. Nicolai de Tolentino, in hac simplici Ecclesia canonice erecta; et Ingressus ipsammet Ecclesiam factaque brevi oratione visitavit sequentes Sacras reliquias nempe particulas ex sacris ossibus Sanctorum Simonis et Iudae Apostolorum in Reliquiario argenteo crystallo cooperto sigillo Illustrissimi et

Reverendissimi Domini Domini Silvestri Merani Ordinarii Eremitarum S. Augustini Episcopi Porphiriensis Sacrarii Apostolici Praefecti obsignato, suisque patentibus litteris sub data Romae 9 Novembris 1759, munito cum recognitione huius Curiae in forma diei 19 iunii 1760. [56] Ex sacro ligno Sanctissimae Crucis Domini Nostri Iesu Christi in theca ovata ex auricalco lamina vitrea cooperta sigillo et Patentibus huius nostrae Curiae diei 30 Aprilis 1757 munita. Ex planeta S. Nicolai de Tolentino in theca argentea ovalis formae crystallo in parte anteriori cooperta, sigillo et Patentibus pariter huius Curiae diei 5 Iunii 1751 munita. Ex sacris ossibus S. Augustini Episcopi Doctoris in theca ex auricalco, sigillo ac Patentibus litteris Illustrissimi et Reverendissimi Episcopi Mantuani diei 13 Novembris 1742 munita atque in hac Curia recognita die 30 Augusti 1755; quas antescriptas Sacras Reliquias authenticis documentis munitas, Illustrissimus et Reverendissimus Praesul recognovit, ac deveneratus est et ut publice Christifidelium venerationi, servato debito decore exponentur, concessit. Subinde visitavit Altare Maius ex marmoribus constructum cum Portatili et observavit in eo custodiam etiam marmoream. Veditque alias aliquas Reliquias in eadem custodia servatas, sed nullo authentico documento roboratas, quae cum collocata sint in perantiquo Reliquiario eas in sua veneratione reliquit. Ex interrogationibus factis intellexit clavem huiusce custodiae servari apud Admodum Reverendum Rectorem Parochialis S. Ioannis ad Forum. Altare SS. Crucifixi ac S. Nicolai de Tolentino marmoreum cum Portatili et icona a Bartholomeao Signorini picta. Intravit in Sacristiam, et vidit apparamenta, Vasa Sacra et suppellectiles. Postea ascendit ad visitandum Oratorium superius, et in eo vidit unicum Altare ligneum cum antipectile ex marmore, chorum, apparamenta et Vasa Sacra ac suppellectiles ad usum huiusce [57] tantum superioris Oratorii inservientes, in quo conveniunt novitii dictae Confraternitatis, sui Collegii ad orandum diebus Festis et ibi celebrat Reverendus Dominus Ioseph Donè Sacrosanctum Sacrificium Missae. Factis perquisitionibus accepit Ecclesiam hanc pertinere ad Nobilem Familiam de Mazzantis, et in omnibus manuteneri a praedicto Reverendo Collegio S. Nicolai, atque adesse simplex aliud Beneficium unitum Cappellae S.S. Francisci, et Agathae in Cathedrali, quod Beneficium est de iurepatronatu dictae familiae de Mazzantis, eiusdemque Rector est Nobilis et Reverendus Dominus Antonius de Mazzantis institutus, et confirmatus in illo cum litteris Episcopalibus diei 10 Novembris 1735. Habet onus celebrandi bis in hebdomada ad Altare S. Agathae in supradicta Cathedrali, et huiusmodi oneri adimplere facit diligenter, prout apparet ex Libris Sacristiae eiusdemmet Cathedralis. Nonnulla sunt Legata cum oneribus Missarum, ut in polycea prasentata et infra reposita sub littera E. Inter haec Legata adest unum ducatum sexcentum relictum a quodam Nobili Domino Carolo Barzisa cum onere unius Missae singulis Festis diebus de praecepto in hac Ecclesia celebrandae, et huic oneri adimplet Reverendus Petrus Facchinelli huius collegii proximus cappellanus. Reliqua vero Legata adimplentur per varios Sacerdotes, prout assertum fuit. **Ordinata.** Super ostiulum custodiae Altaris Maioris deleatur imago Salvatoris, et describantur haec verba: “Reliquiae Sanctorum”. Provideantur duae subtobaleae ex lino pro dicto Altari Maiori. [58] Item de alia linteamina pro Altare Sanctissimi Crucifixi, quae providebitur etiam pro eo Oratorii Superioris. Patena ipsiusmet Superioris Oratorii praedicti cuprea declarata fuit suspensa. Quibus habitis Illustrissimus et Reverendissimus Praesul, ut supra Associatus, a Parochialem antedictam reversus est, et Ingressus Domum Parochialem, in eaque sedens una cum praefato Nobili et Reverendissimo Domino Vicario suae Visitationis examen habuit de persona Admodum Reverendi Domini huius Ecclesiae Rectoris, scilicet de eius vita, moribus ac exercitio in cura Animarum nec non de vita et moribus Sacerdotum et Clericorum huius Parochiae super his requisiti Nobilis Dominus Comes Theobaldus Lavagnoli deputatus, Nobiles Comites Ioannes Baptista a Veritate, et Excellentissimus Admodum Dominus et Advocatus Nicolaus Ruffoni in omnibus optime responderunt. Subinde comparuit coram Sua Illustrissima et Reverendissima Dominatione Admodum Reverendus Dominus Ioseph Bonvicini huius Ecclesiae Parochialis Rector aetatis annorum 40 circiter, qui interrogatus etiam inter suos Parochianos reperitur aliquis inconfessus tempore Paschali, vel publicus peccator respondit, nullum, Deo adiuvante, esse publicum peccatorem et solummodo inter hos Parochianos reperiri Sperindam Begna calcedarium, qui in solemnitatibus Paschalibus proximis praeteritis, praecepto Ecclesiae non

satisfecit. Quo audito, Illustrissimus et Reverendissimus Antistes sibi reservavit vocari coram se praedictum Begna eumque paterne admonere ac excitare ut adimpleat praeceptum. Successive comparuerunt infradicti Reverendi Domini Sacerdotes et Clerici videlicet: Reverendus Dominus Ioannes Baptista Bighignato huius Ecclesiae Curatus aetatis annorum 39 circiter; Reverendus Dominus Dominicus Ruffoni Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 27 circiter; Reverendus Dominus Dominicus Panè (o Donè), pariter Sacerdos de hac aetatis annorum 44 circiter; [59] Nobilis et Admodum Reverendus Dominus Antonius Mazzanti Sacerdos huius Civitatis aetatis annorum 53 Rector Simplicis Ecclesiae S.S. Simonis et Iudae infra limites huius Parochiae, unita Cappella S. Agathae in Cathedrali habet mandatum ad annum pro cura Plebis Ruperisclarae huius Dioecesis ubi ad praesens habitat Reverendus Dominus Petrus Paulus Facchinelli primus Cappellanus Confraternitatis S. Nicolai in dicta Simplici Ecclesia S.S. Simonis et Iudae, Sacerdos de S. Benedicto habet mandatum ad annum pro cura Animarum confirmatum die 30 Iunii proximo praeteriti aetatis annorum 45 circiter; Reverendus Dominus Ioannes Benvenuti Sacerdos Veronae Rector Cappellaniae S. Mariae de qua supradicta habet mandatum ad annum pro cura Animarum confirmatum die 30 Iunii proximo praeteriti aetatis annorum 42 circiter; Reverendus Dominus Philippus Riviera Sacerdos pariter Veronensis aetatis annorum 34 inservit huic cum mandato pro huius cura ad annum confirmato die 30 Iunii proximo praeteriti; Reverendus Dominus Sebastianus Silvestrini Sacerdos huius Civitatis aetatis annorum 46, celebrat quotidianam Missam ad Altare Beatae Mariae Virginis in hac Ecclesia pro obligatione Dominorum de Butturinis, qui asserens se percipere pro dicta celebratione a praedictis Dominis de Butturinis ducatos tantum sexaginta sex in anno, reverenter instetit pro Decreto reductionis dictae Missae iuxta vires qua de re. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus audita instantia praelibati Reverendi Domini Sebastiani Silvestrini monendo eum ad praesentanda foundationis documenta, aliaque iura, reservavit sibi post Visitationem decernere, tam quam in Visitatione super supplicata reductione [60] quidquid et ita. Demum se praesentavit Veronensis Clericus Fidelis Sebastianus Tridentinus in lectoratus ordine constitutus aetatis annorum 18, qui studiorum causa in hac Parochia commoratur, et studio Philosophiae in Veronensi Episcopali nostro Seminario vacat. Venerunt postea coram Dominatione Sua Illustrissima et Reverendissima, Dominus Antonius Pachera Prior Veronensis Confraternitatis Sanctissimi Sacramenti, nec non Dominus Nicolaus dalla Rosa Massarius de altera Confraternitate Sanctissimae Conceptionis Beatae Mariae Virginis huius Ecclesiae ac praevia presentatione polycearum in fine hic registrata sub littera E unanimes, et concordēs insteterunt, ac supplicati sunt Suam Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem pro opportuno Decreto, ut utraque Societas servare possit suas respective suppellectiles in armario in Ecclesia existente sine ullo praeiudicio Confraternitatis Sanctissimi Sacramenti respectu ad locum in quo ante postremam Athesis aluvionem eadem Societas Sanctissimi Sacramenti armarium proprium ad servandas suppellectiles ad ipsam Confraternitatem spectantes in hac Ecclesia tenere, et habere solebat, ita ut quocumque tempore in Priori loco armarium ipsum dicta Societas Sacramenti collocari facere possit, et prout in supplicatione desuper producta, ac in fine huius, ut ante registrata. Qua instantia, et supplicatione intellecta, auditoque super hoc etiam Admodum Reverendo Domino Iosepho Bonvicinio huius Ecclesiae Archipresbytero nihil instantia, et supplicationi huiusmodi opponente, imo ascensum suum super supplicatum Decretum prestante Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus, lecta supplicatione sibi prasentata per Dominum Antonium [61] Pachera Priorem Societatis Sanctissimi Sacramenti, nec non per Dominum Nicolaum dalla Rosa, Massarium Societatis Conceptionis Beatae Mariae Virginis in Parochiali S. Ioannis ad Forum huius Civitatis, eiusque tenore considerato, eidem supplicationi atque instantiae, ut supra factae, benigne annuendo stante ascensu super hoc praestito ab Admodum Reverendo Domino Iosepho Bonvicini huius praedictae Parochialis Ecclesiae Rectore, decrevit, ut suppellectiles utriusque Societatis in armario, de quo supra servantur, seu servari possint, absque tamen ullo praeiudicio Societatis Sanctissimi Sacramenti respectu ad locum, in quo in dicta Ecclesia, ipsa Societas Sanctissimi Sacramenti habebat armarium ad allocandas proprias suppellectiles, ita ut quocumque tempore in dicto loco armarium suum collocari facere possit, et valeat, absque ulla

contradictione et ita omnes. Convocatis tandem Puellis Scholae Doctrinae Christianae Illustrissimus et Reverendissimus Praesul in antedictam Ecclesiam reversus est, et per interrogationes factas cognovit tam magistras, quam discipulas, bene instructas esse in ipsamet Doctrina Christiana. Inde maxima cum animi sui alacritate huius Parochialis Ecclesiae Visitationem Suam clausit iterum orando pro defunctis, ac ordinando ut infra scilicet **Ordinata**. Uncinus ferreus ponatur ad ostiulum loci in quo servantur Sacras Reliquias a parte opposita sera, pro Maiore dictarum Sacrarum Reliquiarum securitate. Ad Altare Beatae Mariae Virginis Portatile reducat versus pectus Sacerdotis spatio unciarum duarum circiter. Quibus habitis ad Palatium Suum Episcopale prandium sumpturus se se restituit. **[62] Die Dominico 4 Mensis Ianuarii anni 1761 mane** Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Veronensis antedictus susceptum Pastoralis Suae proximae Visitationis Ecclesiarum Civitatis suae, munus non intermittendo, sumpsit secum saepedicto Nobili et Reverendo Domino Ferdinando Manuelli Canonico in Visitatione Vicarium deputatum, me Cancellario, Sacerdotibus suis et familiaribus, Rheda consensa ex Episcopali Palatio ad visitandam Ecclesiam Parochialem S. Marci Veronae se contulit, praecedente ad dictam Ecclesiam Admodum antedicto Petro Reverendo Domino Censi Rectore Parochialis S. Mariae ad Clavicam et Caerimoniarum praefecto. **[A margine San Marco]** Ad confinia Parochiae ex Rheda descensus obvius habuit Nobiles Dominum Antonium Curtoni primum Deputatum et Dominum Hieronymum Ferrari alterum huius contractae Deputatum, et ab his reverentiae ac obsequiis testimoniis acceptis sub Baldachino a Nobilibus Comitibus Carolo Ferri, Ioanne Baptista Curtoni, Ioanne Baptista Alberti, Comite Rizzardo et Comite Antonio Sensobrinis de Rizzardis ac a Domino Aloysio Contarini gestato reverenter acceptus fuit; Crucem quam sibi porrexit Reverendus Dominus Aloysius Grancelli Curatus loco Admodum Reverendi Domini Iacobi Monti huius Ecclesiae Rectoris infirmitate detenti, deosculatus est. Postea per solitas caerimonias Ecclesiam Ingressus praecibusque ante Altare Maius de more fuis, Altare ipsum ascendit, populum solemniter benedixit, et indulgentiam suam Episcopalem tam omnibus adstantibus, quam aliis etiam Christifidelibus utriusque sexus hodie Ecclesiam hanc visitantibus concessam, publicare fecit. Deinde in Throno sibi a cornu Evangelii Altaris Maioris parato cum adsistentia Admodum Reverendorum Dominorum Francisci Camilli Sauro Rectoris S. Pauli Veteris ac Ioannis Zanetti Iuris Utriusque Professor Archipresbyteri S. Laurentii in Dalmaticis existentium **[63]** apparamenta suscepit et exequias pro defunctis in Ecclesia ipsa, ac in proximo Coemiterio persolvit. Visitavit insuper Sanctissimum Eucharestiae Sacramentum in Pixide argentea servatum intus Tabernaculum marmoreum rite constructum, et duobus, uno in ferro ex argento altero cum tribus seris, et duabus clavibus quarum una argentea munitum. Ex interrogationibus factis intellexit Sacramentum ipsum temporibus debitis renovari, signa in sera dari cum ad infirmos sit deferendum, indulgentias Associantibus concessas publicari, ad infirmos ipsos debito servato decore deferri. Subesse huic curae animas a communione 664 in totum 847. Schedas comunicatis in Pashale distribui, subinde colligi; lampadem iugiter accensam ardere ante Sanctissimum Sacramentum sumptibus Ecclesiae. Adest Societas Sanctissimi Sacramenti canonice erecta, qua nulla habet Legata, et providet ex eleemosynis Confratrum, aliorumque Piorum de Cereis Maioribus, ac de intorsticiis et suppellectiles pro Associando Sanctissimo ad infirmos. Quas suppellectiles vidit bene instructas et descriptas sunt in polycea producta, et in fine huius Libri registrata sub littera F. Hoc Beneficium Parochialis Ecclesiae S. Marci confertur, praevio concursu ab Ordinario faciendo, a S. Congregatione Cleri Intrinseci Veronae capientibus reservationibus, et affectionibus Apostolicis. Modernus Rector est Admodum Reverendus Dominus Iacobus Monti Iuris Utriusque Professor qui hanc Ecclesiam obtinuit per litteras Apostolicas sub data Romae apud Sanctam Mariam Maiorem anno **[64]** ab Incarnatione Domini 1755, XV Kalendas Octobris. Habet redditus ut in polycea exhibita, ac in fine registrata sub littera F. Benedictione Sanctissimi Sacramenti rite populo impertita, repositoque in Tabernaculo ipsomet Sanctissimo Sacramento, Illustrissimus et Reverendissimus Praesul sumpsit apparamenta Sacerdotalia, et adsistentibus sibi ut supra Admodum Reverendis Dominis Rectoribus S. Pauli Veteris et S. Laurentii Sacrosanctum Missae Sacrificium summa devotione

celebravit, in eoque septuaginta quattuor circiter utriusque sexus Christifideles communicavit. Interim Illustrissimo, et Reverendissimo Domino Domino Episcopo celebrante, Nobilissimus et Reverendissimus Dominus Canonicus visitationis Vicarius se contulit ad visitandum Oratorium privatum existentem in aedibus Nobilium Virorum de Zenobiis Patriciis Venetis, illudque invenit in omnibus rite constructum ac optime provisum. Successive visitavit etiam prius Oratorium in aedibus Nobilis Comitis Caroli Ferri, quod quidem rite constructum, decenterque provisum in omnibus reperit. Expleta Missa, depositisque apparamentis et gratiis Deo actis praelaudatus Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus in Domum Parochialem, ut paulisper a labore se reciperet progressus est, ubi invento Admodum Reverendo Rectore propter infirmitate in lecto iacente, ipsum paterniter consolatus est. Pauca facta more ad Thronum in Ecclesia reversus, sumptaque stola super Rochetum, cum Mitra, sexaginta duo circiter utriusque sexus Christifideles cum Sacro Chrismate in fronte signavit. Postea haec visitavit Baptisimalem Fontem et Olea Sancta omnia optime tenta. Subinde infra descriptas Sacras Reliquias nempe particulas ex ligno Sanctissimae Crucis Domini Nostri Iesu Christi ad modum Crucis aptatas in parva [65] Cruce crystallina argentea filigrana aurata circumornata, et sigillo parvo Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Marci Gradonici olim Veronensis Episcopi, nec non documenta huius Curiae Episcopalis sub die XI Maii 1724 munitas. Ex sacris ossibus S. Marci Evangelistae in parva theca ex solido argento vitro anteriori in parte cooperta, bene clausa, sigillo et authentico documento Benedicti Domini praedicti Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi Gradonici munitam ex hac dicta ipsa Curia data die 26 Novembris 1722. Ex indusio S. Aloisii Gonzagae, confecto in parva theca ex auricalco ovalis formae cum vitro, sigillo, et documento authentico Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini Domini Ioannis Bragadeni Praedecessoris sui immediati data die 11 Iunii 1735 munitam. Ex sacris ossibus S. Appolloniae Virginis et Martiris in parva theca argentea, ovalis formae, unico crystallo cooperta, sigillo, et litteris patentibus praedicti Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi Bragadeni diei XI decembris 1735 suffultam. Ex sacris ossibus S. Annae in parva theca argentea ovalis formae cum duplici crystallo munitam, sigillo, et patentibus Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Nuntii Baccariis Episcopi Baianensis (*la città campana di Baia ora è una zona archeologica sottomarina*) Almaeque Urbis Vicegerentis data Romae die 8 Februarii 1731, recognitam in Curia nostra, prout ex actu a tergo dictam patentem, rogato sub die 12 Iunii 1736. Ex sacris ossibus S. Blasii Episcopi et Martiris, in parva theca ex auricalco ovalis figurae, cum vitro in parte anteriori bene clausa, sigillo et litteris patentibus Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Philippi Spada Archiepiscopi Theodosiae (*oggi conosciuta come Feodosia città della Crimea sita sul mar Nero*), Almaeque Urbis Legati Vicegerentis datum Romae die 21 Aprilis 1740 munitam. [66] Ex caliga imbuta humore corporis S. Caroli Borromei, et ex sacris ossibus S. Antonii Abbatisintus duas thecas auratas consimiles ex auricalco cum laminis vitreis in parte anteriori bene clausas, et sigillo Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi Bragadeni iam dicti obsignatas, ut ex patentibus suis diei 26 novembris 1752. Ex sacris ossibus S. Tuscanae viduae in parva theca ovalis figurae ex auricalco et vitro compacta, et bene clausa, sigillo et litteris authenticis Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi Bragadeni praedicti diei 18 Iunii 1752 suffultam. Ex sacris ossibus S. Luciae Virginis et Martiris in parva theca argentea cum unico crystallo, bene clausa, munita sigillo, et patentibus Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi Bragadeni diei 27 Augusti 1755. Ex sacris ossibus S. Barbarae Virginis et Martiris in papyro ad formam Epistolae cumficato sigillo, ac patentibus suae Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis diei 29 augusti 1760, munitam. Quas omnes sigillis, ut obsignatas, et authenticis documentis munitas deveneratus est, ac ut publice Christifidelium Venerationi decore debito servato, ut hactenus factum est, exponentur concessit. Visitavit insuper Altare Maius una cum Tabernaculo ex marmoribus collustratis, non consecratum, bene ornatum, et manutenetur ab Admodum Reverendo Rectore. Nullum in eo est Legatum, et tantum in eo celebrat Admodum Reverendus Rector, qui diebus Festis iam applicat pro populo. Vidit huius Altaris Portatile excoriatum, ex quo fractum est sepulcrum Reliquiarum [67] in eo et propterea mandavit, quod adhibeat pro interim aliud Portatile alterius Altaris Ecclesiae usque

dum de novo provideatur. Altaris Beatae Virginis Mariae cum Portatili de iurepatronatu Nobilium Dominorum de Pindemontibus sed manutentione ab Admodum Reverendo Rectore, in quo adest Legatum unius Missae in sAbbaho cuislibet hebdomadae vigore Testamenti cuiusdam Domini Ioannis Cazzanelli diei 20 februarii 1732 actis Accordini Notarii. Solvuntur pro hoc Legato Throni annui nonaginta tres ab Excellenti Viro Sergio Zuccabrialero et Admodum Reverendus Rector adimplet. Adest et Capellania sub invocatione S. Gregorii cum onere celebrandi bis in hebdomada et diebus Dominicis, prout assertum fuit a Reverendo Domino Petro Antonio Scagiari, qui dixit se esse huius Cappellaniae Rectorem in vim litterarum institutionis et confirmationis S. Congregationis Cleri Intrinseci huius Civitatis. Audito quo, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus decrevit, quod S. Congregatio praedicta infra terminum duorum mensium proximarum teneatur docere quo iure relaxaverit eidem Reverendo Scagiari litteras institutionis et confirmationis in huiusmodi Cappellania sibi reservando superinde decernere quidquid et ita. Altare S. Caroli de iure Nobiles Viri de Zenobis Patriciis Venetiae a quibus in omnibus manutinetur. Nullum huic Altari inest Legatum Missarum sed Nobiles Viri praedicti ex devotione celebrari faciunt quotidie duas Missas, unam scilicet a Reverendo Domino Flaminio Angeleri, alteram a Reverendo Domino Andrea Maffei. Altare S. Antonii existens in Cappella decenter constructa. Pertinet [68] haeredes cuiusdam Nobilis Dominae Speranciae Lavagnoli. Adest Legatum Missae quotidianae vigore Testamenti cuiusdam Dominae Speranciae Borsella Lavagnoli antedictae, rogati in actis Domini Francisci Vittorio Notarii sub die proximo Novembris 1620. Celebrat Reverendus Dominus Ioseph Busti Utriusque Iuris Professor iuxta mentem Testamenti ex quo habet in titulum sui patrimonii praedictum Legatum. Praesentata fuit nomine Admodum Reverendi Rectoris Ecclesiae supplicatio, ut Dominatio Sua Illustrissima et Reverendissima reducat onus Missarum iuxta utres et proinde Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Praesul sibi reservavit decernere super supplicatam reductionem post praesentem Visitationem tamquam in Visitatione. Vidit duo Confessionalia versus Altare Mauis existentia et suggestum a parte Evangelii praedicti Altaris Maioris. Intravit in Sacristiam, viditque Vasa Sacra, apparamenta, et suppellectiles, quae descriptae sunt in polycea exh ibita, ac in fine registrata sub littera F. Visitavit Libros Renatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum et Mortuorum, omnes bene instructos. Ingressus postea in Domum Parochialem sedit pro tribunali una cum Nobili et Reverendo Suo Visitationis Vicario, et coram Sua Illustrissima et Reverendissima Dominatione venerunt Dominus Hieronymus Ferrari mercator, deputatus huius contractae, nec non Excellentissimus et Advocatus Dominus Stephanus Maffei, qui interrogati de vita, moribus, servitio Ecclesiae Sacerdotum et de cura Animarum Admodum Reverendi Rectoris Ecclesiae, Sacerdotum et Clericorum, bene de omnibus retulerunt. [69] Admodum Reverendus Dominus Iacobus Monti huius Ecclesiae Rector aetatis annorum 56 coram Illustrissima et Reverendissima Dominatione non comparuit propter infirmitatem, qua, ut supra dictum est, laborat. Unde vocati Successive comparuerunt: Reverendus Pater Dominus Aloysius Grancelli Sacerdos de Puteolongo huius Dioecesis Curatus huius Parochialis Ecclesiae aetatis annorum 38, qui praevia praesentatione sui mandati dati ad curam Animarum ad annum, fuit interrogatus de vita, moribus, servitio Ecclesiae, Sacerdotum et Clericorum et an aliquis intra parrochianos reperiatur inconfessus tempore Paschali vel publicus peccator. De Sacerdotibus et Clericis optime de omnibus retulit. Quoad parrochianos, vero dixit, quod salus Christoforus Bacchetti praeceptum Ecclesiae hoc anno non adimplevit, unde Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Antistes sibi reservavit vocari facere ipsum Bacchetti, ut paterne eum moneat ad satisfaciendum quam primum Ecclesiae praeceptum. Reverendus Pater Dominus Petrus Antonius Scagiari Sacerdos de hac Parochia, et assertus Cappellanus Cappellaniae S. Gregorii, aetatis annorum 53 circiter habet mandatum ad annum pro huius cura. Reverendus Dominus Ioannes Baptista Gugole Sacerdos de S. Bartholomeao Montanearum huius veronensis Dioecesis modo sub hac Parochia degens cui inservit cum mandato ad annum pro cura huius Ecclesiae. Reverendus Dominus Antonius Benini Sacerdos de hac Parochia Cappellanus Sanctimonialium Veronensis Monasterii S. Mariae Angelorum aetatis annorum 32 circiter. Reverendus Dominus Melchior Benini Sacerdos de hac Parochia cui inservit aetatis annorum 27

circiter. [70] Reverendus Pater Dominus Andreas Maffei de hac Parochia aetatis annorum 25 circiter celebrat quotidie ad Altare S. Caroli pro supradictis Nobilibus Viris ut antedictum. Reverendus Dominus Flaminius Angeleri Sacerdos de S. Michaeli ad Portas aetatis annorum 30 circiter, inservit huic Ecclesiae et quotidie celebrat ad Altare S. Caroli pro supradictis Nobilibus Viris, ut antedictum. Reverendus Dominus Hyeronimus Biadego, Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 73 circiter. Est Cappellanus Monialium Veronensis Monasterii S. Luciae. Reverendus Pater Dominus Caietanus Luppi Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 46 circiter habet mandatum pro cura Ecclesiae Parochialis S. Salvatoris Clericorum Regularium cui inservit. Reverendus Pater Dominus Gaspar Tessari Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 43 circiter inservit Parochiali S. Salvatoris ad Frignanum. Reverendus Pater Dominus Ludovicus Salvi Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 43 circiter inservit Parochiali S.S. Firmi et Rustici ad Pontem. Reverendus Dominus Pater Ioseph Veronesi Sacerdos de Prada Brentonici huius nostrae Dioecesis aetatis annorum 27 circiter inhabitat sub Parochia S. Egidii et inservit, huic ubi celebrat eleemosyna tradita sibi ab Admodum Reverendo Rectore. Reverendus Pater Dominus Ioannes Baptista Rettondini Sacerdos de Costermano huius Dioecesis aetatis annorum 53 circiter moratur sub Parochia S. Donati ad Columbam celebrat vero in Oratorio privato Nobilis Familiae Ferri. Reverendus Pater Dominus Ioseph Busti Utriusque Iuris Professor Sacerdos de Parochia S. Ceciliae aetatis annorum 61 circiter inservit Parochiali S. Thomae Apostoli, pro cuius cura habet etiam mandatum ad annum, celebrat in hac Ecclesia pro Officiatura Lavagnola, quam habet in titulum patrimonii ut supra. Veronensis Clericus Dominicus Manzoni de Parochia S. Donati ad Columbam [71] in Minoribus Ordinibus constitutus aetatis annorum 22 circiter adscriptus servitio huius Ecclesiae. Veronensis Clericus Prosper Scala de Bazzano, Veronensis Dioecesis Dioecesis incola Parochia S. Mathei cumcurtinis aetatis annorum 22 circiter inservit huic, cui adscriptus est. Veronensis Clericus Octavius Olivieri Diaconus de Sanguinetto huius Dioecesis aetatis annorum 22 circiter degit sub hac, sed inservit Parochiali Ecclesiae S. Ioannis ad Forum cui adscriptus est. Qui omnes praesentaverunt sua respective mandata, tam Ordinum, quam pro cura Animarum, qua visa fuerunt ab Illustrissima et Reverendissima Dominatione Sua et ipsis statim restituta. Demum Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus iterum in Ecclesiam descendit ubi invenit collectam Scholam puerorum Doctrinae Christianae et acceptis a Dominis Ioanne Baptista Vicelli, ac Antonio Signorini visitoribus eiusdem Scholae, debitae venerationis obsequiis, interrogavit nonnullos ex iis discipulis circa Misteria Fidei, et alia ad salutem scitu necessaria, omnes reperiit bene instructos et in Doctrina Christiana edoctos, quare eis pueris praemia distribuens, comendavit vigilantiam Admodum Reverendi Rectoris Minorum visitorum, nec non Magistrorum solertiam eosque adhortatus est ad perseverantiam in huiusmodi pio opere. Post haec oravit denuo, pro defunctis, et in'sta reliquit exequenda videtur **Ordinata**: Pro Altari Maiori. Provideatur conopeum ad cooperiendum Tabernaculum. Imago Salvatoris pingatur super ostium externum Tabernaculi. AProvideatur Portatile et etiam tela cerata. Pro Altari Beatae Virginis Mariae. [72] Obturetur rimulas circum Portatili, et provideatur una subtobalea ex lino. Pro Altari S. Caroli. Provideatur insuper Portatile, tela cerata ac etiam subtobalea ex lino. Pro Altari S. Antonii. Obturetur rimulas circum Portatili. Pro Confessionalibus. Provideantur crates, quae habeant foramina strictiora. Quibus habitis ad Palatium Suum Episcopale reversus est cum toto suo comitatu, prandium sumpturus et ita - **Die Dominico infra Octavam Epifania XI Mensis Ianuarii 1761**. Praelaudatus Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Veronensis et Comes, inceptam Pastoralem Suam Visitationem Ecclesiarum suae civitatis Veronae continuando, hodie mane hora circiter tertiarum assumptis secum antenominato Nobili et Reverendo Patre Ferdinando Manuellio Canonico Cathedralis, et huius visitationis Vicario deputato, me Nicolao Bovio Cancellario, Sacerdotibus suis familiaribus descendens e Palatio Suo Episcopali ad visitandam Parochialem Ecclesiam S.S. Quirici et Giolitae, redha mediante iter direxit. Ut pervenit ad confinia Parochiae et a redha discensus a Nobili Domino Ioanne Dominico Tedeschi primo deputato, atque a Domino Lamberto Finoli loco Domini Iacobi eius patris Admodum deputato huius contractae, debita venerationis et obsequiis testimonia recepit. Mox sub Baldachino gestato a Nobilibus Dominis Ioanne Domenico Tedeschi,

Andrea Morando, Comite Andrea [73] Negrelli, Antonio Noris et Dominis Alexandro et Aloysio fratribus Ferrari reverenter receptus Crucem sibi porrectam a Reverendo Domino Demetrio Viasani huius Ecclesiae Curato, ex quo Admodum Reverendus Dominus Caietanus Perotti Rector infirmus existit per consuetas caerimonias iuxta pontificale romano, **[A margine S.S. Quirico e Giolitta]** eandem Sanctam Ecclesiam solemniter Ingressus est, et cum Deo Omnipotenti Misericordiae humiles fudisset preces, populo benedixit, ac indulgentiam quadraginta dierum adstantibus et omnibus utriusque sexus Christifidelibus hodie Ecclesiam hanc visitantibus concessit et in forma Ecclesiae consueta relaxavit. In Throno ad partem Evangelii sibi parato sedens ad osculum manus admisit Reverendum Curatum, Sacerdotes et Clericos huius Ecclesiae et adsistentibus sibi in Dalmaticis Admodum Reverendis Dominis Andrea Gambaroni Rectore S. Thomae Apostoli et Francesco Camillo Sauro Rectore S. Pauli Veteris; Sacra induit apparamenta et pro defunctis tam in Ecclesia, quam in proximo Coemiterio absolvit esequias. Postea visitavit Sanctissimum Eucharesticum Sacramentum in Pixide argentea intus inaurata, servatum in Tabernaculo marmoreo super Altare Maius tuto ostiolo cum duobus seris, et clavibus munito. Hinc piis Admodum Reverendi Archipresbyteri infirmi precibus sibi porrectis benigne annuendo Illustrissimus et Reverendissimus Praesul, cantato hymno “Pange Lingua”, sumpsit Pixidem, et debito servato decore praecedente Clero cum intorticiis accensis ad cubiculum patris Reverendi Patris Rectoris infirmi Sanctissimum Sacramentum detulit et propriis ipse suis manibus Sanctissimam Eucharestiam eidem infirmo Archipresbytero ministravit. [74] Delata Pixide in Ecclesia, eaque super Maius Altare reposita, benedictionem populo rite impertitus est. Subinde ex perquisitionibus peractis intellexit honorem Sanctissimum Sacramentum temporibus debitis renovari, signa dari in sera, cum ad infirmos sit deferendum, ac deffere debito honore ac reverentia servata schedas communicatis in tempore Pashali distribui et colligi, lampadem ante ipsum Sacramentum diu noctuque accensam ardere sumptibus Ecclesiae. Animae huic curae subesse a Communionem 800 in totum 1150. Adesse in hac Ecclesia Societatem Sanctissimi Sacramenti canonice erectam, a qua manutinentur intorticia et suppellectiles ad Associandum praedictum Sanctissimum Sacramentum, cum ad infirmos defertur inservientes. Quas omnes suppellectiles optime et decenter instructas vidit et descriptae sunt in inventario seu relatione exhibita et reposita sub littera G. Hoc Beneficium confertur per concursum ab Ordinario usque ad sanctis reservationibus et affectionibus Apostolicis. Habet redditus ut ex polycea producta et pariter registrata sub ipsa littera G. Admodum Reverendus Pater Dominus Caietanus Perotti aetatis annorum 70 circiter est huius Ecclesiae Parochialis modernus Rector Archipresbyter noncupatus et Possessor in vim Litterarum Apostolicarum sub dato Romae apud S. Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicae 1732, quarto idus Februarii, quam Ecclesiam compertum habuit non esse consecratam. [75] Postea sumpsit Sacerdotalia indumenta et adsistentibus sibi praefatis Admodum Reverendis Dominis Andrea Gambaroni et Francisco Camillo Sauro Missam celebravit infra quam celebrationem triginta novem circiter utriusque sexus Christifidelibus Angelicum panem distribuit. Celebrata Missa, depositisque apparamentis, et gratiis Deo actis Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Antistes se contulit ad visitandum privatum Oratorium in domo habitationis Nobilis Dominae Comitissae Thaeresiae Maffei viduae cuiusdam Nobilis Domini Comitissae Alexandri Nogarola, infra limites huius Parochiae existentem, quod invenit rite et decenter muro exstructum vigore Brevis Apostolici diei 28 Iunii 1752 in Curia nostra Episcopali registrati, ab omnibus domesticis usibus liberum, ac de omnibus necessariis tam ad ornatum, quam ad Sacra faciendum optime provisum, et ab Illustrissimo et Reverendissimo Suo Praedecessore approbatum; propterea ut in eodem privato Oratorio dicta Nobilis Domina Comitissa Thaeresia Maffei Nogarola Sacrosanctum Missae Sacrificium iuxta tenorem Brevis Apostolici supracitati celebrari facere possit, et valeat, licentiam arbitrio suo duraturam concessit et elargitus est. Deinde vidit Sacras Reliquias apud dictam Nobilem Dominam Comitissam existentes nempe, ex parte Crucis S. Innocentii Martiris; ex parte brachii S. Vincentiae Martiris, positas in duobus reliquiariis ligneis auratis cum suis chrySTALLIS rotundis, et sigillo parvo felicitis memoriae Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi Barbadici olim veronensis, in cera rubra hispanica impresso obsignatas, ut constat ex

actis huiusmet Curiae Episcopalis diei 4 Octobris 1713, exhibito, viso, et restitutas quas tamquam authenticas [76] recognovit et veneratus est, et ut publica venerationi exponantur concessit. Ad Parochialem interim reversus est in Throno suo sistens, sumpta stola super Rochetum et Mitram quinquaginta sex circiter utriusque sexus Christifidelibus Sacramentum Confirmationis ministravit. Post haec vidit Baptisterium rite instructum, et rastris ferreis munitum. Olea Sancta in vasis argenteis posita in cornu Evangelii Altaris Maius servata intus custodiam marmoream super cuius Ostiulum leguntur haec verba: “Olea Sacta”. Visitavit nonnullas Sacras Reliquias nempe, particulas ex sacris ossibus S.S. Quirici et Giulitae matyrum positas in theca ex auricalco, ovalis formae, vitro in parte anteriori tantum cooperta, funiculo ex ipso auricalco bene colligata, et parvo sigillo in cera rubra hispanica impresso obsignata, cum suis patentibus Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Ioannis Bragadeni immediati Praedecessoris Sui Veronae olim Episcopi datis diei 9 Augusti 1756 munitas. Ex sacris ossibus S. Petri Apostolorum Principis in parva theca ex auricalco figurae ovatae, chrystallo compacta, funiculo ex auricalco colligata, sigillo et litteris Praelibati Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi Bragadeni diei 19 Iunii 1756 munita. Ex sacris ossibus S. Antonii Patavini intus parvam thecam ex auricalco, ovalis formae, vitro cooperta, funiculo ex auricalco bene servata, sigillo et patentibus praedicti Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi Bragadeni diei 23 Iunii 1755 munita. [77] Visitavit insuper Altare Maius ex marmoribus collustratis cum Portatili bene tentum, et ornatum; manutenetur a Parocho et Societas Sanctissimi Sacramenti subministrat pro solemnitatibus Paschalibus cuiuslibet anni sex candelas ponderis unius librae pro quaque. Ad hoc Altare adest Legatum Missae quolibet die Festo celebrandae in vim Testamenti cuiusdam Domini Michaelis Ghedinelli rogati in actis cuiusdam Domini Vincentii Ferri Notarii sub die XI Augusti 1671. Onus huiusce Legati reductum fuit ad celebrationem Missarum sexaginta duarum in anno per Decretum Sua Dominatione Illustrissima et Reverendissima diei 6 Martii 1760 existens in fillo (fasciculo) Cancellariae Episcopatus Veronae inscripto: “Reductiones Missarum Legata pia” cui oneri Reverendus Curatus adimplet. Qui Reverendus Pater Curatus interrogatus fuit an diebus festis de praecepto celebretur pro populo Missa Sacrificium et respondit quod non celebratur, propter infirmitatem a qua detinetur Admodum Pater Rector. Quod cum Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus intellexisset, decrevit teneri Admodum dictum Rectorem applicari facere per alium Sacerdotem Missam diebus Festis de praecepto pro populo, durante eius infirmitate, et ita. Adest et aliud Legatum trium Missarum in qualibet hebdomada relictum a quodam Nobili Domino Iacobo Guarienti medio eius Testamenti diei 6 Iunii 1609 rogati in actis cuiusdam Domini Augustini Clementi Notarii. Electio Sacerdotis ad celebrandas huiusmodi tres Missas in hebdomada spectat ad Veronensem Collegium Minorum Notariorum huius Civitatis, a quo pro tali celebratione, Sacerdoti assignatur seu tribuitur [78] competens eleemosyna. Ad praesens Sacerdos celebrans est Nobilis Reverendus Pater Dominus Hieronymus Pream de Cavalleriis. Alia duo etiam sunt in hac Ecclesia Legata Missarum, scilicet unum et decem Missarum in anno relictum a quadam Domina Lucia Vivaldi Passalacqua cum suo Testamento diei 14 Ianuarii 1678 in actis Tomezzoli Notarii, et Societas Sanctissimi Sacramenti in vim dicti Testamenti habet onus quotannis celebrari faciendi dictas Missas decem prout revera hactenus adimpleri fecit; alterum Legatum institutum a quadam Nobili Domina Dominica Bernabea cum suo Testamento diei 2 Februarii 1668 rogato a quodam Hieronymo Colombo de Gaspari Notario, cuius medio reliquit Reverendo Rectori pro tempore huius Ecclesiae annum affictum affrancabile ducatorum octodecim cum onere celebrandi, seu celebrari faciendi tot Missas in anno quot celebrari poterunt, habito respectu ad redditus qui percipientur. Assertum fuit praedictum affictum modo reductum esse ad ducatos tredecim cum dimedio, et Missas celebrari facere a Reverendo Rectore. Altare S.S. Petri et Pauli ex petra cum Portatili bene tentum a Reverendo Rectore, nullumque in hoc est Legatum Missarum. Altare Ioannis Baptistae ex petra cum Portatili, in quo duo sunt Legata. Unum scilicet cuiusdam Ioannis Angeli de Pasquali, qui reliquit unam Missam in hac Ecclesia qualibet hebdomada vel a Reverendo Rectore, vel ab alio Sacerdote eidem a Reverendo Rectore bene viso celebrandam prout in eius Testamento diei 9 Februarii 1604, in actis Domini Antoinii Fiorio Notarii, et ad hoc

iniunxit testator onus [79] uxori suae usufructuariae relictæ et post eius mortem Veronensi Societati Laicali Beatae Virginis in Ecclesia S. Mariae de Scalarum Veronae haeredi universali, contribuendi quotannis celebrari libras triginta sex denariorum Veronensium quae ascendunt ad summam Thronorum quadraginta octo, qui solvuntur a dicta Societate S. Mariae de Scalarum. Numerus unius praedictae Missae in hebdomada redactus est iuxta praesentes vires, per Decretum obtentum, prout assertum fuit a quodam Reverendo Patre Domino Francisco Filippi, postremo huius Ecclesiae Rectore et iuxta visum est. Decretum adimpletur et adimpletum est a celebrante, vel a Reverendo Rectore, vel ab alio Sacerdote electo ab ipso. Alterum Legatum est unius Missae quolibet mense in hebdomada a Reverendo Rectore celebranda ex Testamento cuiusdam Reverendi Domini Petri Olivetti, huius Ecclesiae Rectoris, condito in actis cuiusdam Domini Bettini Cecchini Notarii, sub die 3 Iunii 1674 rogato, quarum celebratione reliquit annuos ducatos duodecim omnibus suis haeredibus Admodum Reverendo Rectori pro tempore solvendos. Insuper quidam Reverendus Pater Dominus Bernardinus Baraldi, Sacerdos de S. Maria ad Frattam Veronae, cum sua ultima Testamentaria dispositione diei 27 novembris 1667, in actis cuiusdam Domini Ioannis Rossetti Notarii, instituit Cappellariam seu Officiaturam Missae quotidianae ad hoc Altare, onerando haeredes suos. Assignavit ducatos octuaginta in anno Sacerdoti celebranti, ac sex ducatos Sacristiae. Post primum Sacerdotem a se ipso electum, cui tradidit facultatem eligendi Successorem praecaria forma demandavit ius tali eligendi Sacerdotem ad celebrandam dictam Missam Admodum Reverendo Rectori huius Ecclesiae et Massario Societatis Sanctissimi Sacramenti [80] pro tempore existentibus. Id postquam casus acceperit usque modo fuit observatum; et postremus Sacerdos electus Admodum Reverendus Dominus Bernardinus Boccolari, pro quo, propter infirmitatem quam patitur ad celebrandum inhabili iam affecto supplet Reverendus Pater Dominus Bartholomaeus Passarini et adimplet iuxta Decretum reductionis factae Ecclesiastica auctoritate secundum vires reddituum dictae Officiaturae, quae non excedunt ducatos aureos viginti. Altare S. Caroli cum Portatili, et icona depicta super gradus pro candelabris extat etiam imago sculpta S. Antonii Patavini. Erectum fuit hoc Altare ab haeredibus quorundam Nobilium Dominorum Andreae et Hieronymi fratrum Testamentiis vigore earum ultimae voluntatis rogatae a quodam Domino Francisco Orio Notario sub die 20 Septembris 1629, dicti fratres de Mutiis testatores oneraverunt etiam haeredes suos ad perpetuo investiendos supra Montem Pietatis ducatos mille quadrigentos ex quorum fructu Altare ipsum provideretur et daretur stiipes Sacerdoti celebranti. Huiusmodi ordinata hactenus executioni demandata non fuit, Missae tamen celebratae fuerunt. Postremus Sacerdos celebrans fuit Reverendus Pater Dominus Angelus Lugiato cui Nobiles Domini Alcenago pro omni toto eo respondebant bene annuos ducatos octuaginta quattuor. Ex his ipse Reverendo pro Sacristia relaxabat; et de proprio Ex his ipse Reverendo Patri Lugiato ducatos quattuor pro Sacristia relaxabat, et de proprio suppellectiles Altaris manutenebat, modo nullus est cappellanus electus, ex quo Admodum Reverendus Pater Rector praetendit congruam assignationem pro Sacristia. Nihilominus Nobiles Domini Alcenago praedicti adimpleri faciunt celebrationem Missarum [81] per Reverendum Dominum Iosephum Dandin, Sacerdotem huius Civitatis, et stipendium per ipsos Nobiles Alcenago eidem traditum. Altare S. Antonii Abbatis cum Portatili pertinet ad haeredes de Zarignolis, a quibus manuteneatur, in ea adest Legatum et nulla obligatio. Post haec vidit Sacristiam et in ea Bullam continentem regulam praeparatoriam, omnia Vasa Sacra, suppellectiles ad Sacrum faciendum necessarias, omniaque invenit bene tenta. Subinde intravit in Domum Parochialem et in ea sedens pro tribunali cum Suo Illustrissimae Visitationis Vicario, mandavit ut institueretur praeparatio quaestionum de vita, moribus et exercitio in cura Animarum Admodum Reverendi Rectoris et Reverendissimi Curati, aliorumque Sacerdotum et Clericorum huius Parochiae subiectorum, qua de re vocati coram Sua Illustrissima et Reverendissima Dominatione comparuerunt Nobiles Domini Ioannes Dominicus Tedeschi primus deputatus et Lombardus Finali loco Domini Iacobi eius Patris praedicti deputati huius contractae, qui interrogati de vita, moribus et diligentia in cura Animarum Admodum Reverendi Sacerdotis Domini Caietani Perotti Rectoris, Admodum Curati nec non Admodum Reverendorum Sacerdotum et Clericorum responderunt quoad Admodum Reverendum Rectorem bene in

omnibus propter infirmitatem, a quo multo tempore detinetur exercitio curae animarum. Geritur vir integritatis, Reverendus Dominus Demetrius Vasani in omnibus vere commendabilis, Sacerdotes et laicos optime quidam retulerunt. Post hos duo venit Reverendus Pater Dominus Demetrius Vasani Sacerdos de Regio Calabria aetatis annorum 76 circiter et triginta quattuor annorum curriculum [82] huius civitatis Domiciliatus et in huius Ecclesia Bardolini curam laudabiliter exercens, ostendit mandata ad curam, obtenta et semper ad annum prorogata. Insuper ostendit Libros Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum, et Mortuorum huius Parochiae, quos Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus rite instructos reperiit nec intra Prochianos sub hac Parochia adsit aliquis inconfessus, nec publicus peccator, respondit, Deo favente, omnes hos Parochianos Christifideles religiose vivere. Infra etiam de obstetricibus respondit bravis tantum et infra limites huius Ecclesiae habitare. quae, sua natura, Catharina Fratti admodum impedita est in suo exercitio, ita ut se praesentare non possit. Hoc audito, Illustrissimus et Reverendissimus Praesul mandavit dictam Catharinam Fratti, obstetricem, teneri ut quam primum possit se praesentare circa necessaria administrandum Sacramentum Baptismi in casibus necessitatis. Reverendus Pater Dominus Demetrius Vasani omnium conspectu humiliter instetit et supplicavit Suam Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem, ut dignetur et velit diuturnam eius moram in hac Civitate, atque, attento quod propriam domum possidet in hac ipsa Civitate, animum habeat in hac ipsa Civitate permanendi usque ad extremum vitae spatium, sicut proprio suo iuramento sibi a me, Cancellario delato, firmavit, decernere et declarare ipsum tamquam dioecesanum vicum liberum, et reputandum: stantibus quibus Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus instantiae sibi et supplicationi ut ante factae benigne annuens auctoritate sua ordinaria decrevit praefatum Admodum [83] Reverendus Pater Dominus Demetrius Vasani tamquam Sacerdos dioecesanus prius impositus fore et esse habendus ac reputandus est, et ita venerunt subinde Reverendi Sacerdotes et Clerici videlicet: Reverendus Pater Dominus Ioannes Bugna, Sacerdos de hac Parochia, aetatis annorum 50 circiter, inservit huic. Reverendus Pater Dominus Joseph Maria Grazzi Sacerdos plebis de hac Parochia, aetatis annorum 36, inservit et habet mandatum ad annum pro cura huius Parochiae Reverendus Pater Dominus Iulius Scudellaeri, Sacerdos de hac Parochia, cui inservit cum mandato ad annum pro cura huius Parochiae, aetatis annorum 31 circiter. Reverendus Pater Dominus Franciscus Maria Caietani aetatis annorum 41 circiter Sacerdos de hac Parochia cui inservit, celebrat in Oratorio privato Nibilis Dominae Catharinae Maffei Nogarola. Reverendus Pater Dominus Ioseph Maria Ferrari, Sacerdos de hac Parochia Confessarius, aetatis annorum 47 circiter Ordinarius Monialium S. Ioannis Evangelistae a Beverario nuncupati huius Civitatis inservit Parochiali S.S. Firmi et Rustici ad Pontem cum mandato pro cura ad annum. Reverendus Pater Dominus Caietanus Andreis Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 30 circiter inservit Ecclesiae S. Petri Incarnario cum mandato ad annum pro cura Animarum. Est cappellanus Monialium S. Thaeresiae huius Civitatis. Reverendus Pater Dominus Antonius Nani, Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 30 circiter inservit Parochiali S. Ioannis in Valle. Reverendus Pater Dominus Sergius Bergami Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 49 circiter inservit Parochiali Ecclesiae S. Mariae Antiquae. Reverendus Pater Dominus Bartholomaeus Cestari, Sacerdos de hac Parochia, aetatis annorum 35 circiter inservit Parochiali Ecclesiae S. Georgii in Braida, pro cuius cura etiam habet mandato ad annum. [84] Reverendus Pater Dominus Ioseph Caietani, Sacerdos de hac Parochia et Notarius Nostrae Curiae Episcopalis, aetatis annorum 27 circiter inservit Parochiali S.S. Firmi et Rustici ad Pontem cum mandato ad annum pro cura Animarum, pro maribus, et mulieribus et infirmis tantum. Praesbyterus Dominus Stephanus Marogna Sacerdos de S. Anna de Alfaedo huius Dioecesis, habitat sub hac Parochia, aetatis annorum 32 circiter, inservit Ecclesiae Parochiali SS. Apostolorum, qui vocatus non comparuit, et proinde Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Episcopus mandavit, quod se praesentare debeat post visitationem et ostendere prout mandata sua. Reverendus Pater Dominus Ioannes Gelmetti, Sacerdos de hac Parochia, aetatis annorum 30 circiter, inservit Parochiali Ecclesiae S. Mariae ad Clavicam. Reverendus Pater Dominus Hieronymus Sacco, Sacerdos de S. Silvestro, aetatis annorum 59 circiter, inservit huic cum mandato pro cura ad annum. Reverendus Pater Dominus Dominicus

Marchioretti, Sacerdos de S.S. Firmo et Rustico ad Pontem, aetatis annorum 41 circiter, inservit huic Ecclesiae. Reverendus Pater Dominus Ioseph Molin, Sacerdos de S. Paulo de Campo Martio (*ma potrebbe anche voler significare Congregationis Missionis*), aetatis annorum 37, celebrat in hac pro Officiatura (leggo) Mutia et hic inservit. Reverendus Pater Dominus Bartholomaeus Passarini, Sacerdos de S. Thoma Apostolo, aetatis annorum 39 circiter, habet mandatum pro cura S. Thomae ad annum, celebrat in hac Ecclesia pro Officiatura Boccalari. Nobilis et Admodum Reverendus Pater Dominus Hieronymus Pream de Cavalleriis, aetatis annorum 90 circiter, qui celebrat in hac pro Officiatura Guarienti, non se praesentavit ex quo propter sua propectam aetatem eius ab Illustrissimo et Reverendissimo [85] Domino Episcopo fuit dispensatus. Clericus Veronensis Dominus Dominicus Maroldi, Diaconus de Sirmione, huius Dioecesis aetatis annorum 23, habitat sub hac Parochia et inservit Parochiali S. Mariae ad Frattam. Veronensis Clericus Daominus Iacobus Trevisani, Diaconus de Parona, incola huius contratae, aetatis annorum 23 circiter, inservit Ecclesiae ad Monasterium. Carolus Bruschin de Lemniaco, habitum tantum Clericalem gestiens, aetatis annorum 19, inhabitat sub hac Parochia et inservit Ecclesiae SS. Apostolorum. Dominicus Corradini de S. Vitale, aetatis annorum 22 circiter, vestem Clericalem solummodo gestiens, inservit huic Ecclesiae. Qui omnes, qui se praesentarunt Suae Illustrissimae et Reverendissimae Dominationi humiliaverunt sua respective mandata Ordinum et ad curam Animarum iuxta tenorem Edicti super huiusmodi Pastoralem Visitationem emanati, et publicati, quae mandata postea fuerunt praesentata et restituta. His peractis Illustrissimus et Reverendissimus Pater Dominus Antistes vidit Libros et Cathagum Scholae Doctrinae Christianae tam discipulorum, quam discipularum quia in hac Ecclesia una tantum schola et altera dividente, exercetur, et acceptis ab Excellentissimo Domino ac Advocato Francisco Ferrari et Domino Francisco Lugiato, ambobus visitantibus huiusce scholae, obsequiis et reverentiae testimoniis ad visitandam dictam Scholam Doctrinae Christianae in Parochialem Domum Dominis visitoribus prosequentibus descendit. Ibi collectam Scholam et classes distributas reperit quod propter interrogavit varios ex discipulis et discipulis feminis circa mysteria nostrae fidei aliqua (*o quaedam*) multa ad aeternam salutem scitu necessaria, iis praemia elargiendo summa [86] animi sui consolatione omnes Doctrinam christianam optime colere compertum habuit. Post haec, nullis relictis ordinationibus, ex quo omnia rite, et perpulite instructa atque ordinata invenit, pro defunctis oravit, et conscensa Rheda ad Palatium Suum Episcopale, ut prandium sumeret, reversus est, et ita. **Die 18 Ianuarii 1762, recurrente Dominica septuagesima**, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Veronensis Comes, hodie mane iuxta intimationem iam sequutam hora circiter tertiarum una cum super nominato Nobilissimo et Reverendissimo Domino Canonico Visitationis Vicario, me Nicolao Bovio Cancellario, Sacerdotibus, et familiaribus suis per quadrigam ad visitandam Parochialem Ecclesiam S. Andreae Veronae iter direxit. Apud confinia contractae de quadriga descendit et Dominationi Suae ac Reverendissimae obvii fuerunt Nobilissimi Domini Ioannes Carolus Bregonico et Dominus Michaelangelus Locatelli, ambo huius contractae deputati, a quibus debita venerationis et obsequiis testimonia accepit. Ex templo sub Baldachino gestatus a Nobili Comite Francisco Carolo Sarego, a Nobili Domino Comite Vincentio Guerrerio, a Nobilissimi Dominis Comitibus Ioanne Paulo ac Leonardo fratribus Roveretti, a Nobili Domino Iacobo Righetti ac a Domino Andrea Olivetti, reverenter receptus per caerimonias a Pontificali Romano ordinatas Ecclesiam ipsam Ingressus est. Ante Altare Maius, brevi prius facta oratione, ipsum Altare conscensus est, et rite populo benedixit, ac Indulgentiam Suam Episcopalem non solum tam adstantibus, quam omnibus utriusque sexus Christifidelibus [87] Ecclesiam hanc visitantibus hodie concessit et relaxavit in forma Ecclesiae consueta. Ad Thronum in cornu Evangelii Altaris Maioris sibi paratum venit, et in eo sedens ad osculum manus Admodum Reverendum Patrem Dominum Rectorem, Reverendissimos Sacerdotes et Clericos huius Ecclesiae adscriptos admisit. **[A margine S. Andrea]** Sumpsit postea apparamentis, inservientibus sibi in Dalmaticis Admodum Reverendis Dominis Dominico Ruzzanenti Archipresbitero S. Ioannis in Valle, ac Iacobo Soave Rectore S. Ioannis in Fonte, preces pro defunctis in Ecclesia et in proximo Coemiterio persolvit. Deinde visitavit Sanctissimum Sacramentum Eucharistiae, servatum in

Pixide argentea inaurata intus Tabernaculum marmoreum in medio dicti Altaris Maioris situm, unico ostiolo argenteo, et clavi itidem argentea munitum. Ex interrogationibus factis cognovit Sacramentum hoc temporibus debitis renovari, signa dari in sera, cum ad infirmos est deferendum, Indulgentias Associantibus concessas publicari, schedas communicatis tempore Paschali distribui, et colligi; extare Societatem ipsiusmet Sanctissimi Sacramenti canonice erectam, qua manutenet suppellectiles et intorticia pro Associando Sanctissimum Sacramentum ad infirmos. Post haec sumpsit Sacerdotales Vestes et solitis praemissis orationibus praeparatoriis, adsistentibus sibi pariter in Dalmaticissumptis, Admodum Reverendis Dominis Dominico Ruzzanente et Iacobo Soave, Sacramentum Missae Sacrificium celebravit infra quod septuaginta sex Christifidelibus utriusque sexus Eucharisticum Panem praebeuit manducandum. [88] Illustrissimo et Reverendissimo Domino Domino Episcopo celebrante, Nobilis et Reverendissimus Ferdinandus Manuellius Canonicus Visitationis Vicarius, sumpto secum me cancellario, interim visitavit in ista privata Oratoria infra limites huius Parochiae existentia videlicet. Oratorium privatum in aedibus Nobilium Dominorum Comitum Francisci, Caroli, Alberti et Ioannis fratrum de Sarego, quod invenit muro decenter constructum, ab omnibus domesticis usibus liberum, et de omnibus necessariis bene provisum et proinde aptum idoneumque, quod ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino Domino Praesule antedicto approbatur, atque ut in ipso Oratorio licentia celebrandi Missam iuxta tenorem Brevis Apostolicis super obtenti et nondum exeuti concedatur. Aliud privatum Oratorium in aedibus Nobilis Domini Ioannis Baptistae Lombardo alias approbatum ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino Domino Bragadeno Episcopo Praedecessore; nec non alterum in aedibus Nobilis Dominid Alexandri Fratta de Collegio Iudicum pariter ut supra approbatum et bene tentum. Quae oratoria rite instructa, provisa et in nulla re deficientia reperiens, ad Parochialem praedictam Ecclesiam S. Andreae nullis factis ordinationibus Nobilis et Reverendissimus Vicarius reversus est. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dpminus Episcopus, Missa terminata, depositis Sacerdotalibus apparamentis, et gratiis Deo actis, ad Domum Patris Michaelis Angeli Locatelli brevi spatio temporis in quiete remansit. Ad Parochialem reversus, et sistens in Throno, sumpsit stola super Rochetum, et Missam quamplurimos utriusque sexus Christifideles [89] Sacro Chrismate in fronte signavit. Subinde visitavit Baptisterium rite instructum, et rastris ligneis munitum. Vidit etiam Olea Sancta quae reperiIt servata in vasis argenteis inter quae illud infirmorum custoditum in capsula nucea intus bursam rite constructam. Vidit et Alia Vasa stannea in capsula pariter ex nuce ob accipienda ex Cathedralis huiusmodi Sacramenta in hebdomada Maiori, parata tuta clavi, et sera munita. Postea visitavit Sacras Reliquias, nempe particulam ex calceamentis S. Spiridionis, positam intus thecam argenteam ovalis formae, sigillo Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Ioannis Bragadeni, alias Episcopi Veronensis obsignatam, et in hac Curia recognitam, prout ex iibstrimmento rogato in die proximo Augusti 1737 manu Domini Aloysii Cusani Notarii Episcopalis, viso et restituto. Particulas ex sacris ossibus S. Andreae Apostoli in parva theca argentea duplici crystallo servatas, bene clausa et parvo sigillo in cera rubra hispanica impresso munita, sed corrente authentico documento propterea hanc sacram reliquiam in sua veneratione remanere mandavit. Post haec sequentia visitavit Altaria, scilicet Altare Maius ex marmoribus collustratis cum Portatili, manutenetur a Reverendo Rectore, prout etiam lampas quae, ut assertum fuit, iugiter ardet ante Augustissimum Sacramentum. Duae ad hoc Altare inveniuntur Legata pia, idest primum quinque Missarum in hebdomada ordinarum Admodum a quodam Domino Dominico [90] de Maffeis olim Canonico religionis suppressae S. Georgii in Alga pro in eius Testamento diei 2 Ianuarii 1702 rogato in actis cuiusdam Domini (??? *manca il nome su originale del Notaio*) Notarii. Pro celebratione dictarum Missarum Nobilis Dominus Comes Carolus de Maffeis solvit annuatim quolibet trimestre Thronos quadraginta quattuor, et marculos quinque. Huic obligationi adimplet seu adimplere facit Reeversus Rector prout ab eo ipso assertum fuit. Alterum Legatum est Missae quotidianae relictas in antiquo quodam Admodum Reverendo Domino Dominico Mazzini alias huius Parochialis Rectore, medio eius ultimae voluntatis diei 24 Iulii 1673 in actis Domini Bartholomeai Bonomioli Notarii. Sacerdos eligitur per Dominos Gubernatores Societatis Sanctissimi Sacramenti in hac Ecclesia erecta in vim suae

ultimae voluntatis cuiusdam Nobilis Domini Alexandri Fratta haeredis Reverendi Domini Mazzini, rogata sub die 9 Ianuarii 1735, in actis Seriatu Notarii. Pro hac Officiatura exiguntur annui ducati nonaginta de grossis, triginta uno pro quoque a diversis Livellariis ut in Folio exhibito et registrato sub littera H. Modernus Sacerdos electus ad hanc Officiaturam est Reverendus Dominus Pater Bartholomaeus Passarini qui partim adimplet per se, partim adimplere facit per alios Sacerdotes, sed temporibus transactis videlicet ab anno 1744 usque ad 1752 circiter huic ordinationi Missarum non fuit integre satisfactum, unde Illustrissimus et Reverendissimus Praesul mandavit sibi praesentari Libros Sacristiae in quibus registratae fuerunt Missae celebratae, sibi reservans post Visitationem decernere tamquam in Visitatione quidquid. Altare S.S. Rochi et Caroli, marmoreum in mensa tantum, in reliquis [91] ex ligno; habet Portatile et in hoc celebratur sine ulla obligatione Missarum, manutinetur a Parocho. Altare Beatae Mariae Virginis ex marmoribus cum Portatili, et icona. Habet custodiam etiam ex marmore ad servandum Sanctissimum Sacramentum in hebdomada Maiori manutinetur ex piorum eleemosynis. Nullum adest Legatum sed solummodo celebratur in eo ex devotione. Duae in hac Ecclesia extant Confraternitates canonice erectae. Prima sub titulo Sanctissimi Sacramenti, quae habet duo Legata. Unum Reverendi Domini Mazzini, de quo supra dictum est et cuius vim tenetur dicta Confraternitas etiam distribuere tribus puellis in Festo Epiphaniae Domini, in sorte extrahendis ducatos decem pro quaque extracta. Alterum relictum a quadam Angela Paterlini Vezari medio eius Testamenti rogati in actis ab Ioanne Maria Biadego Notario diei 22 Iulii 1722, in cuius vim eadem Confraternitas habet onus dispensandi quotannis sex puellis huius contractae in sortem extrahendis pariter ducatos decem pro earum qualibet. Altera Confraternitas est sub titulo Suffragii, nullamque habet obligationem Missarum. Haec Confraternitas gaudet privilegio perpetuo indulgentiae plenariae pro Confratribus, et Consororibus hanc Ecclesiam visitantibus in Festo S. Caroli proxima sexta feria Mensis Martii, Feria tertia Pentecostes, in Festo Nativitatis Beatae Mariae Virginis et in Festo S. Spiridionis per Breve Apostolicum datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 5 Octobris 1736. Et aliud privilegium aderat ad Altare Maius in die Commemorationis Defunctorum, qualibet die infra illius octavam, ac sexta Feria cuiuslibet [92] hebdomadae, pro universis ad septennium datum die 3 Augusti 1743 modo expiratum. Visitavit Confessionalia, et postea vidit armarium subtus cantoriam, in quo Confratres Sanctissimi Sacramenti conservant suppellectiles ab ipsa Societate manutentas, quae etiam inserviunt ad Associandum infirmis Sanctissimum Sacramentum. Vidit quidem ipsas suppellectiles bene instructas, quae iam reperiuntur descriptae in producto Testamento ac infra reposito sub dicta littera H. Insuper vidit alterum armarium existentem proximo latere Evangelii Altaris Maioris in quo alia Societas Suffragii tenet Libros, in quibus descripti sunt Confratres. Haec Ecclesia Parochialis S. Andreae quam ex praelibatis informationibus cognovit non esse consecratam, confertur per concursum ab Ordinario cessantibus reservationibus et affectionibus Apostolicis, habet redditus ut in polycea in fine huius reposita. Reverendus Dominus Blasius Percara modo Rector hanc Parochialem obtinuit pro litteris Apostolicis sub data Romae apud S. Mariam Maiorem anno Dominicae Incarnationis 1748 sexto nonas Martiis. Postea haec Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus ab hac Ecclesia Parochiali discendens, simplicem Ecclesiam S.S. Cosmae et Damiani infra huius limites existentem visitaturus, reverentiae ac venerantionis obsequia recepit **[A margine S.S. Cosma e Damiano]** a Nobilibus Dominis Marchionibus Iosepho Sagramosio et Gabriele de Dionisiis, ambobus Protectoribus Confraternitatis SS. Spiritus in dicta Simplici Ecclesia canonice erecta, ab ipsis Associatus, et a Nobili ac Reverendissimo Domino Vicario Visitationis, a me Cancellario, ab omnibus aliis suis familiaribus ac a toto Clero [93] S. Andreae ad Ecclesiam Simplicem S.S. Cosmae et Damiani se contulit. In limine Portae dictae Ecclesiae aspergillum ab Admodum Reverendo Rectore Parochialis S. Andreae accepit, et populum adstantem aspersit. Postea, brevi oratione peracta, infra visitavit Altaria, scilicet. Altare Maius ex marmore cum Portatili habens pro icona imagines Redemptoris, ac S.S. Cosmae et Damiani ex ligno sculptas. In medio vidit custodiam, in qua reponitur Sacramentum singulis quartis Feriis Quadragesimae solummodo, in quibus fit sollemnis expositio eiusdem Sacramenti sumptibus antedictae Confraternitatis SS.

Spiritus, et benedictio datur a Reverendo Rectore Parochialis S. Andreae. Hic adest etiam Hospitale, quod habet onus celebrare faciendi Missam ad hoc Altare ter in hebdomada, et huiusmodi celebrationi satisfit per Reverendum Ioannem Baptistam Passeri regis, pro qua percipit annuatim stypem ducatorum quinquaginta quinque de grossis triginta uno pro quoque ducato sibi traditam ab Hospitali praedicto. Altare SS. Trium Regum Magorum pariter cum Portatili marmoreum in mensa, cuius icona depicta fuit a Bartholomeao Signorinio. Nullum in hoc Altare est Legatum Missarum. Altare S. Bonaventurae ex marmore tantum in mensa cum Portatili et icona perantiqua, neque in hoc nullum est Legatum. Ecclesia haec tota prout et Altaria manutinentur in omnibus sumptibus Hospitalis sub titulo S.S. Cosmae et Damiani, in quo pernoctantur peregrini, cuius iuspatronatus Ecclesiae. et Hospitalis pertinet ad [94] Nobilissimum et Clarissimum Priorem pro tempore existentem. Illustrissimi Collegii Iudicum et Advocatorum, nec non ad Spectabilem Priorem pariter pro tempore Veronensis Collegii Doiminorum Notariorum huius civitatis. Visitavit Sacristiam, Suppellectiles et Vasa Sacra. Retro chorum vidit locum, in quo conveniunt Confratres Societatis praedictae S. Spiritus ad orandum et in eo visitavit Altare in marmoribus collustratis cum Portatili. Adest in eo custodia, ubi servatur reliquia S. Apolloniae, Virginis et Martyris, quam Illustrissimus ac Reverendissimus Praesul vidit munitam sigillo feliciae recordationis Illustrissimi et Reverendissimi Marci Grandonici olim Episcopi Veronensis, ac propterea eam recognovit, et ut, Christifidelium publicae venerationi exponatur, permisit. Super ostiolum dicta custodia depicta est imago S. Apolloniae cum his litteris "R.S.A.M.- *Recte Sanctae Apolloniae Martiris*". Confratres huiusmodi Societatis S. Spiritus induunt vestem caeruleam in processionibus. Subinde ascendit in Oratorium Superius, in quo convenire solent ipsius Societatis Novitii ad recitandum Officium et in eo vidit Altare cum Portatili, in quo non celebratur. Antedicti Nobiles Domini Marchiones Iosephus Sgramosio et Gabriel de Dionisiis, Protectores Confraternitatis praedictae, nec non ipsi Confratres supplicarunt Dominationem Suam Illustrissimam et Reverendissimam, ut dignaretur et vellet quemadmodum et a Praedecessoribus suis concessum fuit, permittere et indulgere ut ad Altare huius superioris Oratorii tribus Festis diebus Pentecostes una tantum Missa pro quoque die Festo possit celebrari in honorem S. Spiritus, cui Altare hoc dicatum est. [95] Quibus supplicationibus Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus benigne annuendo ad hoc Altare, ut tribus Festis diebus Pentecostes una tantum Missa pro quoque die Festo ex dictis tribus diebus Pentecostes celebrari possit et valeat concessit, et indulxit, et ita iussit omnia **Ordinata** pro Altari Maiori. Provideantur tabellas et quattuor candelabra decentiora. Ad Altare Trium Regum Magorum renoventur tabellas; pro Altari S. Bonaventurae provideatur Portatile et etiam tabellas. In Sacristia: provideatur pagella praeparatoria ad Missam. Lanula pro exponendo Sanctissimo Sacramento, fiat in duas partes ad evitandum, ne Sacra Hostia in ea fragmenta relinquant. Pro Altari Superioris Oratorii iustarentur candelabra. Provideatur baldachinum super Altare collocandum, Maiori quo fieri possit decore instructum, quod remisit Pietati Confratrum. Reversus postea ad Ecclesiam Parochialem, visitavit Sacristiam et in ea Sacras Suppellectiles et Vasa Sacra, quae leguntur in inventario exhibito et in fine registrato sub littera H. Vidit insuper Libros Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum et Mortuorum rite instructos. Post haec vidit Coemiterium Ecclesiae proximum, et campanile. Deinde visitavit Domum Parochialem, inibique sedit pro Tribunali una cum Nobili et Reverendissimo Suae Visitationis Vicario, et coram Sua Illustrissima et Reverendissima Dominatione comparuerunt Nobilis Dominus Comes Vincentius Guerrierius [96] Gubernator, Dominus Ioannes Squerzago Cancellarius, ac Dominus Angelus Franco Massarius Veronensis Confraternitatis Sanctissimi Sacramenti, qui praesentaverunt inventarium suppellectilium servientium in honorem eiusdem Sacramenti, cum ad infirmos defertur, nec non relationem Legati cuiusdam Reverendi Francisci Mazzini, de quo supra mentio facta est. Successive comparuerunt vocati Nobiles Dominus Ioannes Carolus Brognonico et Dominus Michaelangelus Locatelli, ambo deputati huiusce contractae, qui interrogati de vita, moribus, et diligentia in exercitio curae Animarum Reverendi Rectoris, nec non de vita, moribus et exercitio Ecclesiae Reverendorum Sacerdotum et Clericorum huic Ecclesiae suppositorum, de omnibus bene retulerunt (*rettulerunt o retulerunt sono esatte entrambe le trascrizioni ma la prima è meno*

usata). Postea venerunt sequentes Reverendi Sacerdotes et vidit. Admodum Reverendus Dominus Blasius Percara, huius Ecclesiae Parochialis Rector, aetatis annorum 59 circiter, qui pariter interrogatus de statu Animarum huic curae subiectarum et an sint male viventes, et scandalosi, vel praecepto Ecclesiastico non obedientes respondit. Animas subiectas huic curae a communione esse 666, in totum 933. Sacerdotes vero et omnes Clericos religiose vivere, et Ecclesia revera servitium praestare. Quoad publicos peccatores, et inobedientes Ecclesiasticis praeceptis produxit schedam, in qua nominare asseruit eos paucos qui tempore Paschali per plures annos non sunt communicati. Insuper dixit se diebus Festis pro populo Missam celebrare. Admonuit etiam, duas obstetrices reperiri infra limites huius Parochiae, quarum una vocatur Catharina Foriera, altera Maria Pavoncelli, quae cum non adessent ipse [97] Admodum Reverendus Rector testificatus est eas veraciter expertas et edoctas esse in iis, quae requiruntur pro administratione Baptismatis infantulis in casibus Necessitatis. Reverendus Dominus Blasius de Blasiis Curatus huius Ecclesiae aetatis annorum 43 cum mandato nostro ad annum, pro hac Ecclesia. Reverendus Pater Dominus Antonius Marchesini iuris utriusque Doctor, Sacerdos de Parochia S. Thomae Apostoli aetatis annorum 45 inservit huic, et habet mandatum ad annum. Reverendus Pater Dominus Franciscus Squerzago Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 40, Cappellanus Reverendarum Monialium S. Danielis Veronae. Reverendus Pater Dominus Nicolaus Metrovich Sacerdos de hac aetatis annorum 38 circiter celebrat in privato Oratorio Nobilium Comitum de Serego. Reverendus Dominus Iosephus de Blasiis Sacerdos de hac aetatis annorum 32 inservit Ecclesiae S. Nicolai Clericorum Regulae Theatinorum. Reverendus Pater Dominus Antonius Conti Sacerdos de hac aetatis annorum 44 circiter inservit Parochiali S. Ioannis in Valle. Reverendus Pater Dominus Bartholomaeus Bottari Sacerdos de S.S. Firmo et Rustico de corte alta aetatis circiter annorum 45, habet mandatum ad annum pro cura huiusce. Reverendus Pater Dominus Carolus Gugierotti, Sacerdos de S. Eufemia aetatis annorum 38 circiter, habet mandatum ad annum pro cura huius Ecclesiae, et est Confessor Ordinarius Monialium S. Martini de Avesa sub cura huius civitatis suburbio. Reverendus Pater Dominus Dominicus Zinelli Sacerdos de Caprino, incola huius contractae, aetatis annorum 26 circiter. Reverendus Pater Dominus Bartholomaeus Passarini Sacerdos de S. Thoma Apostoli aetatis annorum 39 circiter, celebrat in hac Ecclesia pro Officiatura Mazzini, ut ante dictum fuit. [98] Veronensis Clericus Antonius Bazoni Diaconus de Leonato, aetatis annorum 22 circiter huius Parochiae Domiciliator et inservit Parochiali Ecclesiae S. Laurentii. Qui omnes singillatim ostenderunt sua mandata respective, eaque visa ipsis restituta fuerunt. His peractis comparuerunt Dominus Franciscus Veronesi et Dominus Marcus Commentu ambo visitatores, et Dominus Antonius Castorius Prior Scholae Doctrinae Christianae huius Ecclesiae, qui debita reverentia Dominationi Suae Illustrissimae et Reverendissimae praesentaverunt Libros, in quibus registrata sunt Communiones factae a puellis, et ab operariis in singulo mense, nec non frequentia Operariorum, Sacerdotum, Clericorum huius Scholae, ac Cathaga in quibus descripta sunt nomina dictorum Operariorum et, visis dictis Libris ac visitatis, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Antistes, Associatus a praefato Nobilissimo et Reverendissimo Domino visitationi Cancellario Vicario una cum DDominis visitoribus et Priore, in ipsam Parochialem Ecclesiam descendit, ubi ipsiusmet Scholae discipulos in claSSe distributos invenit, et per varias interrogationes iam factas comperit optime instructos esse in omnibus ad aeternam salutem scitu necessariis, quapropter multis praemiis distributis commendans vigilantiam Reverendi Rectoris, Sacerdotum et Operariorum, ad visitandam alteram Scholam discipularum quae exercetur in Simplici Ecclesia S.S. Cosmae et Damiani se contulit. Quo perventus, pariter invenit discipulas in suas classes distributas, easque per interrogationes quamplurimas cognovit bene edoctas in multis ad Christianam Religionem [99] pertinentibus; qua de re non sine maxima laetitia ipsis nonnulla praemia donavit et ad Parochialem revertens Pastoralem Suam Visitationem huius Ecclesiae S. Andreae clausit, pro defunctis orando et infra ordinata reliquando iussit. **Ordinata.** Tabernaculum muniatur altero ostiolo ferreo cum tuta sera et clavi. Ostiolum SS. Oleorum muniatur uncino ferreo quod claudendo ipsum Ostiolum, inseratur in cardine loculi Oleorum a parte apposita serae ad Maiorem Sacramentorum securitatem. A Coemiterio removeatur scala, per quam a Domo Parochiali in ipsum descenditur,

et claudatur porta per quam ex Coemiterio ingreditur in proximum hortum, ita ut tantummodo a parte Ecclesiae additus habeatur in Coemiterium ipsum. Quibus habitis, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus, ad Palatium Suum Episcopale, cum toto suo comitatu, ut prandium sumeret, se se restituit, et ita. **Termini generales pro adimplendis Ordinatis in Pastoralis Visitatione Ecclesiarum descriptarum.** Ea quae spectant ad sacramenta, termino trium mensium exequantur. Quae pertinent ad Sacristiam et Altaria termino quattuor mensium adimpleantur. Caetera vero quaecumque, termino mensium sex executioni mndentur.

[100] Et expeditae fuerunt copiae ordinarum cuicumque Reverendo Parocho Ecclesiarum, ut ante visitatarum ad hoc et ita. **In Christi nomine amen. Anno ab eius Nativitate Millesimo Septingentesimo proximo. Inde IX die 24 Maii recurrente Dominica secunda post Pentecostes, Pontificatus autem SS. in Christo Patris et Domini Nostri Domini Clementis divina Providentia Papae XIII anno tertio.** Illustrissimus ac Reverendissimus in Christo Pater et Dominus Dominus Nicolaus Antonius Iustinianus Ordinis S. Benedicti, Congregationis Cassinensis Dei et per Gratiam Sanctae Sedis Apostolicae Romanae Episcopus Comes Veronensis muneri suo Episcopali assidua vigilantia incumbere non detinens Visitationem Parochialium Ecclesiarum Civitati Veronae iam inceptam, et propter alias Pastorales sollicitudines inter Missam, prosequi statuit. Quare inharendo generalibus edictis iam denunciatis circa eandem suam visitationem, [A margine S. Tomaso Cantuaruiense] et infradictis Reverendis Archipresbyteris, Rectoribus et Curatis de visitationis die per litteras ipsis traditas in termino statuto certioratis, Praelibatus Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus secum sumptis Nobili et Reverendissimo Domino Ferdinando Manuelli Canonicus Cathedralis huius Ecclesiae, et Visitationis Vicario iam deputato me Nicolao Bovio Praesbytero Cancellario, suisque Sacerdotibus familiaribus, pulsante hora decima circiter praesentis diei per Rhedam ad visitandam Parochialem Ecclesiam S. Thomae Cantuarensis Reverendorum Patrum Ordinis Carmelitarum huius Civitatis se contulit, praecedente sibi Admodum Reverendo Domino Petro Antonio Censi Archipresbytero S. Mariae ad Clavicam, et caerimoniarum Praefecto Veronae. Ad confinia Parochiae perventus, a Rheda [101] descensus, obvios habuit Nobiles Reverendos Comites Ioannem Antonium Piatti et Ioannem Baptistam Saibante, ambos huius contractae deputatos, qui nomine eiusdem contractae Dominationi Suae Illustrissimae Reverendissimae debita venerationis ac obsequiis testimonia praestiterunt. Post haec sub Baldachino a Nobilibus Dominis Comitibus Carolo Pompeio, Ioanne Francisco ac Iulio Piatti, a Nobilibus Dominis Marchionibus Carolo et Francisco de Saibantis, nec non a Nobili Domino Friderico Georgio Carterio gestato reverenter receptus ac super tapete, et pulvino ibi stratis genuflexus Crucem sibi a Reverendo Patre Angelo Vallegia carmelitano actuali dictae Ecclesiae Curato porrectam deosculatus est, et praecedentibus Clero cum Cruce et cantoribus solita canentibus ad Ecclesiam ipsam pervenit. In limine portae de manu Reverendi Patris Curati aspergillo aquae benedictae se populumque signavit, ac thurificationis honorem accepit; ubi etiam praesto fuerunt Admodum Reverendus Pater Alexander Barzisa Prior, et Reverendi Patres huius conventus, Dominationis Suae Illustrissimae et Reverendissimae et ipsi venerationis obsequia exhibentes. Ante Altare Maius genuflexus oravit, interim decantandis decantatis Altare ipsum ascendit et oratione titularis recitata, stans in medio eiusdem Altaris populo solemniter benedixit. Postea ad Thronum in cornu Evangelii dicti Altaris Maioris sibi paratum venit, ubi, sumptis apparamentis, Mitra et pastoralis baculo, adsistentibus in Dalmaticis Admodum Reverendis Dominis Francisco Camillo Sauro Rectore S. Pauli Veteris, ac Pio Gaidoni Rectore S. Benedicti Suggestum ascendit et ad plurimum populum adstantem ob audiendam vocem Pastoris Sui, et Patris, elegantem sermonem praebuit circa fructus spirituales huiusmodi Suae Pastoralis Visitationis. [102] Homilia expleta, Indulgentiam Plenariam Ecclesiam hanc visitantibus in actu Suae Visitationis Apostolicae auctoritate concessam publicari fecit et Pastoralem Suam Benedictionem omnibus adstantibus impertitus est. Subinde e suggestu venit in Ecclesiam, et ad Thronum, ut ante paratum, adsistentibus praedictis Admodum Reverendis Dominis Francisco Camillo Sauro et Pio Gaidoni, exequias pro defunctis tam in Ecclesia, quam in proximo claustro, seu Coemiterio rite persolvit. His peractis visitavit Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in Pixide argentea intus inaurata

asservatum in Tabernaculo marmoreo in medio Altaris Maioris sito, duplici ostiolo, uno argenteo, et quattuor seris, ac tribus clavibus, una argentea acte munito. Ex perquisitionibus factis compertum habuit Sacramentum hoc temporibus debitis renovari, debita signa dari in sera, cum de mane ad infirmos sit deferendum, et indulgentias devote Associantibus concessas publicari; schedas communicatis tempore Paschali distribui et colligi. Post haec Sacramenti Benedictionem rite populo impertitus est, et reposito a Reverendo Patre Curato ipsomet Sanctissimo Sacramento Praelibatus Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Antistes in Throno Sacerdotalibus apparamentis vestitus cum supradictis Admodum Reverendis Dominis Adsistentibus Sacrosanctum Missae Sacrificium celebravit, infra cuius actionem septuaginta quattuor utriusque sexus Christifideles Eucharistico pane refecit. Interim Illustrissimo et Reverendissimo Domino Domino Episcopo Missam celebrante, Nobilis et Reverendissimus Dominus Vicarius Visitationis, de mandato Suae Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis, se contulit ad visitanda in'sta Oratoria privata infra limites huius Parochiae existentia. Vidit Oratorium priu in domo habitata Nobilis Domini Comitum Caroli Pompei, Oratorium privatum in domo habitata Nobilis Patris Iulii Saibante, quae rite et recte instructa, ac de omnibus necessariis decenter provisa invenit. Qua propter Nob. et Reverendissimus Dominus Vicarius Cancellarius Canonicus nulla facta ordinatione ad Parochialem reversus est. Post Missae celebrationem Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus in quodam cubiculum superius conventus vocatum "Camera nova" se recepit, ubi parvo temporis intervallo vires suas defatigatas refecit. Reversus in Ecclesiam accepit stolam supra Rochetum et Mitram ac quinquaginta quinque utriusque sexus Christifideles Sacro Chrismate linivit. Deinde visitavit Baptisterium existens prope maiorem ianuam Ecclesiae a latere sinistro ingredientium, rastris ferreis circumseptum, et rite instructum. Vidit Olea Sancta in Vasis argenteis optime et decenter servata a parte Evangelii Altaris Maioris. Vidit insuper Confessionale in quo Reverendus Pater Curatus Sacramentales Confessiones excipit. Visitavit Altare Sanctissimae Annunciationis ex marmoribus collustratis, de ratione huius contractae, a qua de omnibus manutenetur. Nulla in eo inest obligatio Missarum. Huic Altari adest etiam canonice erecta Societas Sanctissimi Sacramenti, quae manutenet suppellectiles et intorticia pro Associando infirmis Sanctissimum Sacramentum. [104] Vidit ipsas suppellectiles descriptas in inventario exhibito et registrato sub littera I bene instructas. Visitavit quoque Altare S. Rocchi cum Portatili, de ratione Confraternitatis sub titulo eiusdem S. Rocchi a Confratribus bene tentum, cui nulla annexa est obligatio. Altare Beatae Virginis Mariae a Carmine, quod spectat ad Confraternitatem sub eodem titulo, et ab ipsa manutenetur, nec est aliqua Missarum obligatio. Adest et alia Societas sub titulo S. Onuphrii ad Altare eiusdem Sancti, in hac Ecclesia antiquitus canonice erecta, a qua manutenetur Altare ipsum. Ingressus postea Sacristiam, vidit Sacras Suppellectiles et locum in quo ipsae asservantur, ac Vasa Sacra inservientia ad Sacramentorum administrationem. In ipsum cubiculum suprascriptum rediit, ibique sedit pro Tribunali una cum praecitato Nobili et Reverendissimo Patre Suae Visitationis Vicario, et ante Suam Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem venerunt Nobiles Comites Ioannes Antonius Piatti, deputatus huius contractae, et Fridericus Georgius Carteri, qui interrogati de vita, moribus et exercitio curae Animarum Reverendi Patris Magistri Curati ac etiam de vita, moribus Sacerdotum et Clericorum sub hac Parochia degentium, nec non an sciant intra Parochianos aliquem publicum peccatorem, concordēs bene in omnibus tam de Reverendo Curato, quam de Sacerdotibus retulerunt, et neminem quoad ipsi compertum habeant publicum peccatorem in hac Parochia reperiri dixerunt. [105] Venit insuper Dominus Dominicus Bonetali, Massarius Societatis Beatae Virginis Mariae a Carmine, et exposuit dictam Confraternitatem usque in praesens celebrari fecisse unam Missam qualibet die Sabbai cuiuslibet Mensis vigore Legati ducatorum biscentum relictī a quodam Domino Francisco Bartolini medio Testamenti diei 9 Februarii 1732 in actis Domini Petri Chiuchia Notarii, sed cum Legatum periclitatum sit, et quodcumque iudiciarum experimentum factum a Confraternitate non valuerit ad recuperandum Legatum ipsum, propterea instetit, et supplicatus est nomine eiusdem Societatis per Suam Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem declarari Confraternitatem ipsam de proprio non teneri ad celebrari faciendam Missam supradictam et ita. Qua instantia intellecta

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus stantibus rebus prout narrantur, decrevit declarandum fore et esse prout declaravit, Confraternitatem teneri celebrari facere dictam Missam usque dum festum non fuerit, quod Capitale ipsum recuperetur, in quem eventum tenebatur adimplere facere dictam celebrationem, nec alter et ita omnia. Comparuit postea Dominus Iulianus Garbari, Massarius Confraternitatis Sanctissimi Sacramenti, et interrogatus confirmavit dictam Societatem nullam habere Missarum obligationem sed ex eleemosynis manutenere intorticia ac suppellectiles inservientes ad Associandum debito decore idemmet Sanctissimum Viaticum Infirmis. Deinde Dominus Ioannes Baptista Marcello Massarius, Augustinus Giovanel Gastaldus et Andreas Libella, Contradictor antiquae Confraternitatis S. Onophrii ostenderunt Libros, capitula, et Decreta canonica, erectionis dictae Societatis, ex quibus resultat ipsam teneri celebrari facere ad Altare praedicti S. Onophrii unam Missam qualibet tertia Dominica cuiuslibet Mensis, qua obligatio per Reverendos Patres huius conventus satisfit, stype eis tradita a Confratribus. Caeterum nullum Legatum aliud ipsam Confraternitatem habere dixerunt. Demum Iacobus Manfredin, Bidellus Confraternitatis S. Mariae Magdalenae de Pazzis, praesentavit libros huiusce Societatis pariter canonice erectae in hac Ecclesia ad Altare eiusdem S. Mariae Magdalenae, nullamque asseruit habere obligationem, et ex eleemosynis manutenere Altare praedictum. Subinde vocati venerunt singillatim infrascripti vidit. Reverendus Pater Dominus Angelus Vallengia Ordinarius Carmelitanorum Curatus huius Ecclesiae Parochialis, qui ostendit mandatum episcopale ad annum concessum et Successive prorogatum pro cura huius Parochiae exercenda ad electionem Reverendi Patris Sui Generalis, prout ex eius litteris patentibus in Cancellaria Nostra Episcopali registratis. quibus Reverendus Pater Curatus interrogatus respondit huic curae subesse animas a communione 603, in totum 822, nullamque Divina favente Misericordia esse publicum peccatorem, nec inconfessum tempore Paschali, sed omnes christiane vivere. Interrogatus de vita, moribus Sacerdotum sub hac Parochia habitantium dixit omnes optimam ac religiosam vitam ducere; interrogatus an interim ipse Reverendus Pater Dominus Curatus diebus Festis de praecepto applicet Sacrificium pro populo. [107] Respondit non applicare, ex quo Ecclesia ipsa ut Parochialis nullos omnino redditus habet, ipsum vero quotidie in Missa pro eodem populo orare. Praesentavit Libros Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum et Mortuorum, omnes bene tentos. Reverendus Dominus Antonius Zuradelli, Sacerdos de hac Parochia, aetatis suae annos 46 circiter, habet mandatum ad annum pro cura Parochialis S.S. Firmi et Rustici ad Pontem cui inservit. Reverendus Pater Dominus Nicolaus Baltieri, Sacerdos de hac Parochia, aetatis annorum circiter 40, docet grammaticam in Veronensi Seminario Episcopali. Habet mandatum ad annum pro cura Parochialis S. Vitalis, cui inservit. Reverendus Paulus Buongiorno, Sacerdos de hac, aetatis annorum 45 circiter, inservit Parochiali S. Thomae Apostoli. Reverendus Dominus Antonius Nuvoloni, Sacerdos de hac, aetatis annorum 42, habet mandatum ad annum pro cura Parochialis S. Ioannis in Valle, cui inservit. Reverendus Pater Dominus Ioannes Baptista Piva, Sacerdos de hac, aetatis annorum 50 circiter, inservit Parochiali S. Mariae in Organis. Reverendus Pater Dominus Antonius Lavarini, Sacerdos de Alfaeto huius Dioecesis, habitat sub hac, aetatis annorum 32 circiter, inservit Parochiali S. Mariae ad Clavicam cum mandato pro cura ad sex menses pro utroque sexu. Reverendus Dominus Dominicus Antonini, Sacerdos de hac, aetatis annorum 42 circiter, qui omnes exhibuerunt sua respective mandata Ordinum, ac ad Curam Animarum, et a Dominatione Sua Illustrissima et Reverendissima ipsis fuerunt restituta. Reliqui Sacerdotes vero in hac Parochia habitantes huicque subiecti. Vidit [108] Nobilis et Admodum Dominus Pater Zenuellus Saibante aetatis annorum 68 circiter. Reverendus Pater Dominus Antonius Betti iuris utriusque Doctor aetatis annorum 58 circiter. Reverendus Pater Dominus Marius dal Moro iuris utriusque Doctor aetatis annorum 36 circiter. Reverendus Dominus Pater Marcus Venturini aetatis annorum 34, pro maiori parte anni habitante Albareti huius Dioecesis. Reverendus Pater Dominus Ludovicus Offreddi, Sacerdos ex Vicentina Dioecesi cum litteris diMiSSoriis Sui Eminentissimi et Reverendissimi Ordinarii, se praesentavit in Palatio Episcopali, aetatis annorum 48. Alii supra descripti, ex rationabilibus causis, fuerunt a Dominatione Sua Illustrissima et Reverendissima dispensati ab obligatione se praesentandi. Postmodum vocata fuit Anna Maria Ricci, obstetrix, quae sub hac

Parochia moratur et a Nobili ac Reverendissimo Domino Canonico Visitationis Vicario de mandato Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi examinata circa res scitu necessarias ad conferendum Baptismum in casibus, reperta fuit optime instructa. Quibus ut antea suractis comparuerunt Dominus Ioannes Baptista Vanini Prior et Ioseph Lonardi Cancellarius Scholae discipulorum Doctrinae Christianae huius Ecclesiae et ea, qua docet reverentia obtulerunt Libros communionum et Cathagum operariorum. Tandem datis signis ad convocandam Scholam Doctrinae Christianae, operariis puerisque convocatis iisque in suas classes distributis, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Praesul in Ecclesiam descendit ac per plures interrogationes factas, non sine magna consolatione animi sui cognovit discipulos ipsos in ea bene instructos esse, ac propterea ipsis plurima praemia distribuit et [109] ad perseverantiam istius tam piis operis omnes paterne admonuit summa cum sollicitudine, et hortatus est, ac pro defunctis orando Pastoralem Suam Visitationem huius Ecclesiae Parochialis S. Thomae Cantuariensis clausit; acceptisque gratiarum actionibus tam a praedictis Nobilibus Dominis deputatis, quam ab Admodum Reverendo Patre Domino Priore et Reverendis Patribus huius conventus redham ascendit, et ad Suum Episcopalem Palatium nulla ordinatione relicta cum toto suo comitatu prandium sumpturus redivit et ita. **Die 31 Mensis Maii 1761, recurrente Dominica tertia post Pentecostes.** Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Veronensis Comes primam Suam Pastoralem Visitationem Ecclesiarum Civitatis Veronae prosequens, hora circiter XIIIa praesentis diei e Palatio Suo Episcopali descendens una cum suo comitatu, saepe nominato Nobili et Reverendissimo Domino Ferdinando Manuelli Canonico in occasione Visitationis Vicarium, ut supra deputato suisque familiaribus et me cancellario infrascripto ad Parochialem Ecclesiam S. Firmi Minoris Abbaiae Braidae cum suis Rhedis iter direxit. Prope limen contractae perventus a parte Athesis, ubi erectus erat Arcus optime ornatus, e Rheda descendit, et prompti fuerunt Nobiles Domini Comites Iulius Caesar de Lisca deputatus contractae, ac Nobiles Domini Comites Iacobus Guerienti, Comes Iginulphus de Lisca, Comes Leonardus Roveretti, qui nomine eiusdem contractae obsequiis, et venerationis testimonia Dominationi Suae Illustrissimae et Reverendissimae deberunt. Ab his Associatus processit ad propria, et integra Parochiae confinia [110] per viam floribus aspersas, ac undique circumornatam telisque coopertam. Hic super tapete, et pulvino paratis genuflexus ac sub Baldachino gestato a Nobilibus Dominis Comiotibus Petro Pompei, Ioanne Baptista Lisca, Dionisio Lisca, Ludovico Carminati, Iginulpho Lisca ac Benedicto Lisca reverenter susceptus, Crucem sibi a Nobili et Admodum Reverendo Patre Iosepho de Marchionibus Pindemontibus huius Congregationis Oratorii praeposito humillime porrectam adoratus, et deosculatus est. Clero cum Cruce, et cantoribus solita canentibus nec non Patribus dictae Congregationis S. Philippi Nerii praecedentibus, [A margine S. Fermo di Brà] una cum quattuor selectis adsistentibus pulcherrimo habitu vestes Angelorum pictorum morte simulante vestitis, et per viam rosas spargentibus inter tormentorum bellicorum strepitum, et musicalium instrumentorum concertum, campanis sonum emittentibus ad Portam Ecclesiae pervenit; ubi super tapete pariter strato sistens aspersorium de manu praedicti et Admodum Reverendi Patris Praepositi accepit aqua lustrali se, plurimumque populum adstantem signavit. Postea accepto triplici thurificationis honore, aliis musicalibus symphoniis dulcem sonitum dantibus ex Cantoria Ecclesiae, solemniter ipsam Ecclesiam Ingressus est. Ante Altare Maius super stratum decenter sibi paratum provolutus oravit, decantatis interim decantandis Altare ipsum ascendit, in cuius medio deosculatus est, atque in cornu Epistolae orationem Sanctorum [111] Titularium recitavit. Deinde stans in medio Altaris populo benedixit, ac Indulgentiam Plenariam ex Apostolico Indulto sibi concessam publicari fecit. Insuper ab Altari venit ad Thronum in cornu Evangelii eiusdem Altaris Maiori sibi paratum, ubi prius ad osculum manus tam Admodum Reverendum Patrem Praepositum, quam reliquos Congregationis Oratorii Patres, nec non Sacerdotes et Clericos sub hac Parochia degentes admisit. Postea sumptis apparamentis, et adsistentibus sibi in Dalmaticis Reverendi Domini Patres huius Congregationis, Antonio Facci, ac Iuliano Ferrari, exequias pro defunctis tam in Ecclesia, quam in proximo Coemiterio rite persolvit. Visitavit subinde Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in Pixide argentea inaurata intus Tabernaculum ex ligno scalpro eleganter elaborato auroque

linito servatum; quod duobus Ostiis, seris et clavibus, quarum una argentea, munitum, et panno sericeo auro intexto intus circumseptum existit. Hic ex factis perquisitionibus compertum habuit Sacramentum hoc temporibus debitis renovari, signa dari in sera cum ad infirmos de mane est deferendum; indulgentias apostolicas auctoritate devote Associantibus concessas publicari, schedas tempore Paschali communicatis distribui et colligi; Lampadem ante ipsum iugiter ardentem manuteneri sumptibus Congregationis Oratorii. Quibus collectis, recitatoque hymno, et facta thurificatione, Sacramentalem Benedictionem populo solemniter impertitus est. Sacra Pixide a Reverendo Curato in Tabernaculo reposita, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Praesul [112] Sacerdotalia apparamenta vestivit et Missam adsistentibus sibi pariter in Dalmaticissupradictis Reverendis Dominis Patribus Antonio Facci et Iuliano Ferrari celebravit, infra cuius actionem quinque Clericos, et 273 utriusque sexus Christifideles Eucharistico Pane refecit. Interea dum Illustrissima et Reverendissima Sua Dominatio celebrabat, Nobilissimus et Reverendissimus Canonicus Visitationis Vicarius de mandato se contulit ad visitanda Oratoria privata infra limites huius Parochiae existentia et primum visitavit in domo habitationis Nobilis Comitis Domini Iulii Caesaris de Lisca vigore Brevis Apostolici erectum et ab Ordinario rite approbatum, quod invenit de omnibus necessariis provisum. Aliud visitavit Oratorium privatum in aedibus habitationis Nobilis Domini Comitis Iginulphi pariter de Lisca ex Apostolica facultate quidem constructum ab Ordinario approbatum et de omnibus, ut supra, decenter provisum. In medio huius Oratorii Altaris adest parva urna, in qua asservantur sequentes Sacrae Reliquiae, quas vidit, nempe particulas ex velo Beatae Mariae Virginis atque ex palio S. Iosephi intus parva thecam ex auricalco, ovalis formae, vitro coopertam, bene clausam, sigillo et patentibus Illustrissimi et Reverendissimi Domini Episcopi Ioannis Bragadeni Praedecessoris sui datis die 26 Septembris 1752 munitam. Particulas ex sacris ossibus S. Eurosiae Virginis et Martyris intus thecam argenteam figurae ovalis, unico vitro munitam, bene servatam, sigillo et patentibus praefati Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi Veronensis Ioannis Bragadeni de mense Augusti 1733. Particulam ex sacris ossibus S. Antonii Abbatis in theca argentea ovali vitro [113] munita, sigillo et litteris praefati Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi Ioannis Bragadeni diei 20 Septembris 1753 suffultam. Particulam ex carne S. Ignatii de Loyola in theca eleganti et ovali forma cristallo cooperta, sigillo et patentibus Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi Veronae Ioannis Bragadeni diei 20 Septembris 1733 munitam; particulam ex sacris ossibus S. Bartholomaei Apostoli intus thecam ornatam ex auricalco, vitro in anteriori et posteriori parte, sigillo Illustrissimi et Reverendissimi Dominus Dominus Episcopi Bragadeni roboratam, prout ex suis patentibus diei 10 Septembris 1746. Particulas ex sacris ossibus S. Laurentii Levitae et Martyris ; S. Valentini Martyris; ex cranio S. Viti Martyris; ex cilicio S. Francisci Assisiensi; ex pluviali S. Caietani de Thiene, clausas in theca ex auricalco ovali, sigillo et litteris Episcopi Bragadeni diei 4 Novembris 1755 servatas. Particulas ex carne, ossibus et habitu S. Paschalis Baylon Confessoris in theca argentea, formae ovatae, cristallo cooperta, sigillo et patentibus Bragadeni diei 5 Septembris 1741 suffultas. Particulam ex pallio S. Iosephi sponsi Beatae Mariae Virginis intus thecam argenteam figurae ovalis, munitam sigillo et litteris Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Ioannis Bragadeni Episcopi datis die 11 Novembris 1746. Particulam ex tela imbuta sanguine Beati Iosephi a Copertino Ordinis Capucinatorum in theca argentea aurata, sigillo et litteris praedicti Bragadeni datis die 8 Iunii 1753 munitam. Particulam pariter ex tela imbuta sanguine S. Philippi Nerii in theca ex auricalco, sigillo, et patentibus Bragadeni diei 7 Septembris [114] 1751 fulcitam. Particulas ex ligno Sanctissimae Crucis Dei Nostri Iesu Christi ad modum Crucis aptatas, et ex tela imbuta sanguine Beati Iosephi a Copertino, positas in theca argentea ovali, sigillo et patentibus Bragadeni diei 26 Septembris 1753 suffultas. Particulas ex sacris ossibus S. Tuscanae viduae intus parvam thecam argenteam, ovalis formae, sigillo, et litteris Dominationis Suae Illustrissimae et Reverendissimae diei 22 Martii proximo 1760. Praeter munitas. Particulas ex capsula S. Antonii Patavini Confessoris, nec non ex sacris ossibus S.S. M.M. Firmi et Rustici et aliorum Martyrum intus thecas ex auricalco auratas, figurae ovatae, in hac Curia Episcopali recognitas die 13 Maii 1760. Particulas ex sacris ossibus, seu cranio S. Urbani Martyris in

reliquiario ligneo cum duplici crystallo, sigillo et litteris Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Bragadeni Episcopi die 20 Augusti 1752 suffultas. Quas omnes Nobilis et Reverendissimus Vicarius antedictus veneratus est. Vidit etiam sequentes alias Sacras Reliquias apud ipsum Nobilem Dominum Comitem Iginulphum Lisca existentes, nempe particulam ex sacris vestibus S. Egmidi Episcopi et Martyris in theca ex auricalco dealbato, sigillo, et litteris patentibus Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Francisci Vincentii Bragadeni olim Episcopi Scardonensis diei 4 Maii 1742 munitam. Particulas ex aspera lecti Cortina S. Anselmi Episcopi. De thorace, quo S. Ignatius de Loyola dum in humanis ageret, utebatur; de velo S. Franciscae Romanae Viduae ac de Cineribus, et subucula imbuta humore S. Caroli Borromei, clausas in theca argentea ovata, sigillo, et patentibus Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Marci Antonii Lombardo Episcopi [115] CreMensis diei 16 Iunii 1754 firmatas. Particulam sacris ossibus confectam S. Antonii Patavini in thecam argenteam, sigillo, et litteris Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Eusebii de Cianis Episcopi Massae die proximo Ianuarii 1743 suffultam. Particulam ex sacris ossibus S. Pauli Apostoli positam in theca argentea munita sigillo, et litteris Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Francisci Silvestri Episcopi Lavellensis datis die 10 Octobris 1740. Particulam ex sacris ossibus S. Francisci de Regis, confectam in theca argentea cum duplici crystallo, sigillo, et litteris Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Antonii ex Comitibus Guidis de Salentis a Balneo Epscopi mantuani diei..... (*manca la data su originale*) suffultam. Particulas ex ligno Sanctissimae Crucis Dei Nostri Iesu Christi clausas intus thecam argenteam cum duplici crystallo, sigillo, et litteris Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Iacobi Beni Episcopi Fanensis diei 15 Aprilis munitas. Particulam ex sacris ossibus S. Andreae Apostoli in parvo reliquiario argenteo, ovalis formae, sigillo, et authenticis Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Caietani de Paulis, Patriciis Veletrensis, diei 22 Septembris munitam. Particulas ex sacris ossibus S. Ioannis Nepomuceni Martyris, in theca argentea munitam sigillo, et patentibus Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Maphei Nicolai Farsetti Archiepiscopi Ravennatis diei 3 Ianuarii 1741. Particulas ex sacris fragmentis ossium S. Nicolai Episcopi Barensis in theca argentea, sigillo, et litteris Eminentissimi et Reverendissimi Domini Domini Annibalis Episcopi, Suae Eminentissimae Cardinalis Portuensis et Vicarii Gentili diei Romae 25 Iunii 1744. Particulam ex tela imbuta sanguine S. Philippi Nerii in theca argentea et sigillo, [116] ac patentibus Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Ioannis Baptistae Gamberucci Archiepiscopi Amaseni in utraque signatura Referendarii, datum Romae 19 Novembris 1732 suffultam. Particulam ex Sacris ossibus S. Aloysii Gonzaga, confectam intus thecam argenteam sigillo, et litteris Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Iacobi Beni Episcopi Fanensis diei 18 Maii 1736 roboratam. Particulas ex cineribus conglutinatissimis S. Luciae Virginis et Martyris in theca argentea recognitas ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino Domino Francisco Comite Martinengo Episcopo Martiriensis prout ex suis litteris datis die Brixiae 3 Octobris 1735. Particulas ex sacris ossibus, et ex Breviario S. Francisci de Paula, intus thecam argenteam, recognitas ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino Domino Thoma Maria Morellio, Episcopo Imolensis, cum litteris diei 12 Maii 1745. Particulam ex pallio eiusdem S. Francisci de Paula positam in theca argentea cum unico vitro, sigillo, et patentibus Reverendissimi Domini Domini Francisci Sireva Ordinis Minoris Rectoris Gentili recognitam alias in hac curia episcopali sub die 18 novembris 1743. Particulam ex pallio eiusdem S. Francisci de Paula positam in theca argentea cum unico vitro, sigillo et patentibus Reverendissimi Domini Domini Francisci Sireva Ordini Minorum Correctoris, a Gentili recognitam alias in hac Curia Episcopali sub die 18 novembris 1743. Quas sacras reliquias pariter antedictus Nobilissimus et Reverendissimus Dominus Canonicus et Visitationis Vicarius, in thecis et reliquiariis bene clausas, sigillis, et litteris ut ante munitas recognoscendas fore, et esse duxit, prout recognovit et veneratus est. Atque praecitato Nobili Domino Comiti Iginulpho Lisca restituit, concedens ipsi facultatem eas apud se retinendi, aliis donandi et quacumque Ecclesia, seu publico Oratorio huius Civitatis et Dioecesis Christifidelium venerationi tamen decore debito servato, exponendi et ita. [117] In hoc priu Oratorio antenominatus Nobilis Dominus Comes Iginulphus de Lisca die Festo S. Francisci de Paula, cuius

imago depicta est in icona Altaris eiusdem Oratorii, celebrari facere potest tres Missas praeter quotidianam, vigore indulti Apostolici execuuti in Curia Nostra die proximo Ianuarii 1746. Quibus peractis, Nobilissimus et Reverendissimus Dominus Vicarius ad Parochialem Ecclesiam reversus est. Interea Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Dominus Antistes, cum Sacrosanctum Missae Sacrificium iam compleverit et Deo Omnipotenti et Misericordi egit gratias, in cubiculum superius domus habitationis Reverendorum Patrum Congregationis ad vires suas reficiendas se recepit; ubi alicuius temporis spatio elapso, mora facta, in Ecclesiam rediit et, stans in Throno, sumptaque stola super Rochetum et Mitra centum et quindecim utriusque sexus Christifideles Sacro Chrismate perunxit. Postea antedictus Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus ad visitandam simplicem Ecclesiam Sanctissimi Crucifixi Veronensis Hospitalis S. Iacobi perexit. Ante ianuam cuius Ecclesiae ei praesto fuerunt Nobiles Domini Marcus antedictus Mapheius de collegio iudicum, Prior Co: Hieronymus Rambaldi et Carolus Alberti Cermisonus Consiliarii Hospitalis praedicti, **[A margine Santissimo Crocefisso]** nec non Dominus Antonius Tirabosca Cancellarius et Dominus Sigismundus Franchini Notarius ac Censor eiusdem Hospitalis, obsequiis, et venerationis testimonia praebentes. Visitavit igitur Ecclesiam praedictam in eaque tria Altaria vidit. Altare Maius ex marmoribus collustratis Sanctissimo Crucifixo dicatum cum Portatili. Altare S.S. Iacobi et Sebastiani ex petra fabrefactum pariter cum Portatili quod habet antepectile ex ligno elaborato, et ex tela sericea; subtus quo **[118]** mediante grata ferrea inaurata existens in medio antepectilis conspiciuntur duo Lapides, super quibus, assertum fuit obscurcata fuisse capita Sanctorum Martyrum Firmi et Rustici, sed de hoc nullum exhibitum fuit documentum. Altare S. Antonii Patavini, S. Zenonis et Conceptionis Beatae Mariae Virginis ex petra quidem cum Portatili et antepectile, ut supra. In hac Ecclesia nulla existent Legata neque obligationes Missarum, sed tantum in ea quotidie celebrat Reverendus Dominus Ioannes Baptista Malaspina, Cappellanus electus a praedicto Hospitali stype ducatorum centum annuatim sibi tradita ab ipso Hospitali, qui Cappellanus habitat etiam in domo huic Ecclesiae proxima. Visitavit Sacristiam, omnes Suppellectiles et Vasa Sacra. Vidit etiam Cantoriam super Ianuam Ecclesiae existentem. Quae Ecclesia et Altaria in omnibus manutinentur ab Hospitali praedicto. **Ordinata.** Ad Altare S. Antonii obturentur rimulas circum Portatili. Hisce habitis, prosecutus ab antedictis Nobilibus Dominis Priore, consiliariis et Dominno Domino Cancellario a quibus denuo obsequiis, et aestimationis, nec non gratiarum actionis testimonia accepit. ad supradictam Parochialem S. Firmi de Brayda sese restituit, in eamque Ingressus visitavit: Baptisterium rastris ferreis circumdatum et in omnibus bene instructum. Olea Sancta in vasibus argenteis decenter servata. **[119]** Deinceps visitavit in'tas Sacras Reliquias illarum authentica documenta. Particulas vidit ex sacro ligno Sanctissimae Crucis Domini Nostri Iesu Christi clausas in parva Cruce crystallina argento filograna inaurata exornata, patentibus, ac sigillis Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Nuncii Beccari Episcopi Baianensis, datum die 30 Augusti 1729. Alias in hac Curia Episcopali recognitas sub die 10 Septembris 1741. Ex sacris ossibus Sanctorum Martyrum Firmi et Rustici et Sociorum, positas intus thecam argenteam ovatae formae, vitro in anteriori parte tantum munitam, bene clausam et sigillo, ac litteris Illustrissimi et Reverendissimi Episcopi visitantis ad praesens diei 6 Augusti 1760 munitas. Ex praecordis S. Philippi Nerii clausas in parvo Reliquiario cristallino ovalis formae, auro filograna circumornato, sigillo, ac patentibus olim Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Ioannis Francisci Barbadici Episcopi Veronensis, datum die proximo Augusti 1713 munitas. Ex sacris ossibus Sanctissimorum Apostolorum Pauli, Andreae et Philippi, nec non denuo ex praecordis S. Philippi Nerii respective clausas in quattuor Reliquiariis ligneis, magnae structurae ad instar Ostensorii scalpro eleganter elaboratis, argento linitis, sigillis, et authentico documento Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Francisci Trevisani olim huius Civitatis Episcopi diei 30 Octobris 1728 suffultas. Ex sacris ossibus S. Bernardi Abbatis, ac Sanctissimorum Christi Martyrum Martinae, Ercularicae, Pictorinae positas intus octo reliquiariis ligneis minoris structurae scalpro pariter elaboratis, argentoque linitis, sigillis, et instrumento authentico, praelibati Episcopi Trevisani diei 30 **[120]** Octobris 1728 firmatas. Ex sacris ossibus S. Annae Matris Beatae Mariae Virginis, S. Francisci Salesii, S.

Bernardini Abbatisac S. Antonii Patavini, intus quattuor Reliquiaria lignea inter se similia, argento pariter linita bene clausa, sigillo, et litteris Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Ioannis Bragadeni Praedecessoris Sui Veronae Episcopi diei 21 Iunii 1753. Ex craniis Sanctissimorum Martyrum Feliciani et Boni, ex sacris ossibus Sanctissimorum Martyrum Laurentii ac Benedictae, ex craniis aliarum Sanctissimarum Martyrum Clementiae et Faustae atque ex sacris ossibus S. Nominanti Martyris clausas intus duas capsulas triangulares, tribus laminis vitreis anteriori parte coopertas, in parte caeruleis aureisque coloribus linitas, bene clausas, sigillis, et patentibus Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Francisci Trevisani olim Veronensis Episcopi diei 3 Aprilis 1729 munitas. Ex sacris ossibus S. Annae genetricis Beatae Mariae Virginis, S. Francisci Salesii, S. Antonii Patavini, intus tres thecas similes ex auricalco, figurae ovalis, vitro unico munitas, bene clausas, sigillo, et litteris Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi Nostri Visitantis diei 29 Aprilis 1760 proximo praeter suffultas. Ex sacris ossibus S. Catharinae Virginis et Martyris in theca ex auricalco, formae ovalis, sigillo, ac litteris Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi Bragadeni diei 15 Aprilis 1746 roboratas. Particulam ex tela imbuta sanguine S. Philippi Nerii, in theca ex auricalco ovatae figurae, sigillo, et patentibus Praelaudati Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi Bragadeni sub die 12 Februarii 1756 munitam. Ex praecordis S. Philippi Nerii atque ex tela imbuta eius sanguine [121] clausas in capsula lignea cartha deaurata cooperta rigida, ac litteris Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi Bragadeni praedicti diei 19 Aprilis 1757 suffultas. Particulam ex coxa S. Benigni Martyris; ex sacris ossibus Sanctorum Clementis, Augustini, Salvati, Iusti, Simpliciani et Innocentii Martyrum intus capsulam ligneam figurae cartha undulata coopertam, bene clausam, sigillo, et litteris Eminentissimi et Reverendissimi Domini Domini Cardinalis Guadagni diei 26 Septembris 1755 roboratas. Ex sacris ossibus Sanctissimorum Martyrum Dignatiani, Bonosi, Simplicii et Candidae, in capsula pariter lignea oblonga, cartha undulata cooperta, bene clausa, sigillo, et patentibus Praelibati Eminentissimi et Reverendissimi Cardinalis Domini Domini Guadagni diei 12 Iulii 1756 firmatas. Quas omnes Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Visitator recognovit et deveneratus est. Subinde infra descripta Altaria visitavit, nempe Altare Maius cum Portatili in mensa marmorea, reliquis in partibus ex ligno confectum. Habet antipectile pariter ex ligno, ac tela serica quod mutatur, prout ritus postulat colorum diversitatem et canopeum etiam super Tabernaculum. Sancti Firmus et Rusticus titulares sunt huius Ecclesiae, quae vocatur Sancti Firmi Minoris de Brayda. In icona eiusdem Altaris posita in medio parietis chori, praeter imagines S. Firmi et Rustici huius Ecclesiae Titularium, imago quoque S. Philippi Nerii Congregationis huiusque Fundatoris inspicitur, et ea Beatae Virginiae Mariae extat etiam tabula cum imagine S. Caroli Borromei, ex quo in hac Ecclesia exsistebat Altare S. Caroli, quod propter angustias Ecclesiae de mense Aprili 1715 cum Decreto Episcopali translatum fuit ad hoc Altare Maius una cum Legato Missarum, [122] quas in perpetuum ordinavit quidam Bartholomaeus Adami in medio eius ultimi Testamenti conditi, sub die 16 Octobris 1649, in actis cuiusdam Caroli Corruboli Notarii, cui Ordinationi Reverendi Patres Congregationis satisfaciunt et percipiunt fructus capitalium ad id relictorum, de quibus in polycea in fine huius registrata sub littera K mentio fit. Insuper ad hoc Altare quidam Reverendus Dominus Iacobus Corradini instituit Missam quotidianam, ut videre est ex instrumento diei 15 Martii 1749 in actis Seriatii Notarii, nec non eius Testamento rogato die 26 Maii 1757, in actis Vidali Notarii, et declaravit, quod quidquid supererit ex fructibus dictae haereditatis praeter eleemosynam dictae Missae quotidianae, assignationem Sacristiae, aliasque impensas quae praestare occurrere possent, distribuatur in celebratione tot Missarum, quod poterunt celebrari in ratione eleemosynae masculorum triginta pro qualibet Missa. Capitalia dictae haereditatis Corradini descripta sunt in polycea ut supra registrata sub littera K. Adest in hac Ecclesia et aliud Legatum Missarum triginta in anno relictum a quodam Bartholomaeo Barbi, prout in eius Testamento diei 19 Novembris 1735 in actis Domini Caroli Colis Notarii, Reverendi Patres congregationis adimplent celebrationem Missarum tam praedicto Reverendo Corradini, quam praedicto Domino Bartholomaeo Barbi. Hoc Altare Maius in omnibus manutenetur a Congregatione. Altare S. Catharinae Virginis et Martyris ex petra cum

Portatili et icona relatum fuit hoc pertinere ad haeredes cuiusdam Petri Pauli Sparaverii, [123] ab iis tamen non manuteneri Quidam dictus Dominus Nobilis Sparaverius cum suis Testamento et codicillis die 7 Augusti 1635 et 7 Ianuarii anno 1656 rogatis per quemdam Carolum Corrubbioli Notarium, dotavit hoc Altare cum onere Missae quotidianae per Reverendum Vicarium, seu cappellanum huius Ecclesiae pro tempore celebrandae modo huiusmodi oneri pro viribus satisfit per Nobilem et Admodum Iosephum Pindemonti electum a Nobili Domino Comite Carolo Maphei medio instrumenti diei 27 Septembris 1738, rogati per Dominum Horatium Gracioli Notarium, cum assignatione prout in polycea antecitata et infra registrata. Altare Beatae Mariae Virginis ex petra cum Portatili, in quo adest Societas sub titulo, seu invocatione eiusdem, Societas Beatae Mariae Virginis, quae nonnullas habet suppellectiles ad usum dicti Altaris, praeter eas, quae sunt de ratione ipsiusmet Altaris, quaeque descriptae sunt in inventario exhibito et infra registrato sub littera K. Olim die Dominica Salvetti in suo Testamento rogato in actis cuiusdam Angeli Scolari Notarii sub die 11 Maii 1665 ordinavit quod ex sua haereditate investirentur ducati quingenti, qui rendere possent ducatos triginta de anno fructu impendendos in celebrari faciendo in perpetuum Missas trias in hebdomada ad Altare Societatis Beatae Virginis Mariae in Ecclesia Abbaiae Braydae. Insuper ordinavit, ut omnibus Festis diebus de praecepto duas lampades accenderentur ante dictum Altare et una ante imaginem Beatae Mariae Virginis depictam super murum prope ingressum Ecclesiae.[124] Huiusmodi pia ordinatio in forma integra non adimpletur ex quodam capitale modo reperitur investitum per annuo fructu in ratione quattuor ducatorum pro quoque centenario in testamentariis provisionibus et bonis Nobilium Dominorum Comitum de Prato cum instrumento diei 5 Septembris 1748, rogato in actis cuiusdam Domini Petri Pauli Bonamico Notarii. Reverendus Pater Dominus Franciscus Lavagna, olim vicarius perpetuus Abbaiae S. Firmi Minoris Braiidae, medio sui Testamenti 27 Martii 1599, in actis Serego, legavit dictae Confraternitati ad hoc Altare erectae ducatos bis centum super quamdam domum proannuo fructu ducatorum duodecim cum onere in die anniversaria sua depositionis celebrari faciendi Officium Missarum triginta. Modo ipsa Confraternitas percepit de affictu ducatos viginti quattuor in anno et celebrare fecit Missas privatas triginta, non in die anniversaria, sed celebrare faciendo sex Missas in quinque Solemnioribus Festivitatibus Beatae Mariae Virginis. Reverendus Pater Testator praedictus instituit haeredes universales tres suos ex Fratre nepotes, quibus absque devenientibus deficientibus in suis bonis in agro veronensi sitis, substituit haerodem antedictam Confraternitatem cum onere eligendi Sacerdotem ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino Domino Episcopo approbandum, qui ad Altare dictae Confraternitatis Beatae Mariae Virginis celebrat omnibus diebus Festis de praecepto et seu in hebdomada scilicet Feria quarta, sexta et sAbbaio in remedium animae suae stype ducatorum octuaginta in anno ei data a Confraternitate ex redditibus suorum bonorum. [125] Reliquum dictorum reddituum demptis impensis annuatim necessario faciendis pro dicto Altare, iussit per Massarium, Ratiocinatores et Reerendum. Sacerdotem electum et confirmatum ad dictum Altare dispensari pauperibus huiusce contractae pro waamore Dei. Huiusmodi dispositio hactenus ad executionem non est demandata licet exstincta iam sit linea haeredum institutorum propter litem semper vertentem infra Confraternitatem, et Possessores bonorum dictae haereditatis. Nobilis Domina Blanca Schioppo Pindemonte, Confraternitatis consoror, in suo Testamento condito manu Domini Petri (leggo) Banayen Notarii die, ut in eo ordinavit, Officiaturas, seu Cappellanas prout in citato Testamento, cui deficientibus nepotibus et pronepotibus suorum filiorum ac filiarum ad hanc Abbaiam sint instituendas cum oneribus ut in dicto Testamento scriptum est. Post haec Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Antistes visitavit Confessionalia et coemeterium. Ingressus Sacristiam visitavit pariter omnes Sacras Suppellectiles, calices, patenas, aliaque Vasa Sacra, quibus abundanter haec Ecclesia provisa existit. Ascendit ad Oratorium superius, in eoque visitavit unicum Altare ligneum cum Portatili, et icona Beatae Mariae Virginis ac S. Philippi Nerii in quo omnibus Festis diebus celebratur Sanctum Missae Sacrificium ad commodum devotorum, qui ad orandum in eo conveniunt assidue, et hoc Altare manutinetur a Congregatione. Haec Ecclesia Parochialis Abbaialis est qua Abbaia cum suis redditibus [126] Apostolica auctoritate unita existit huius commodi Congregationi Oratorii vigore litterarum

Apostolicarum datum anno Domini 1728 die proximo quinto ante Kalendas Aprilis. Redditus dictae Abbaiae a Reverenda Camera Apostolica computati fuerunt ascendere ad annuos florenos aureos biscentum. Demum Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Praesul domum Congregationis Ingressus in ea sedit pro Tribunali una cum antedicto Nobili et Reverendissimo Visitatore Vicario et coram se venit Nobilis Dominus Comes Iulius Caesar de Lisca et quidam Nobilis Dominus Comes Ioannes deputatus huius contractae, qui interrogatus de vita, moribus, servitio Ecclesiae et diligentia in exercitio curae Animarum Reverendi Patris Curati, aliorumque Sacerdotum in cura hac se exercentium, nec non de Praesbyteris et Clericis sub hac Parochia habitantibus, bene de omnibus retulit. Postea venerunt in'sti Praesbyteri Congregationis Oratorii, vidit Nobilis et Reverendus Pater Admodum Dominus Dominus Ioseph Pindemontius Praepositus aetatis annorum 63 cum mandato ad annum pro cura huius Ecclesiae, qui interrogatus de vita, moribus suorum Congregatorum, de observantia regulae S. Philippi Nerii, nec non capitulorum in erectione huius Congregationis Ordinata auctoritate approbatorum, in omnibus optime respondit. Deinde Illustrissimae et Reverendissimae Dominationi suae Praepositus praesentavit duas supplicationes: una scilicet pro reductione Missarum a quadam Dominica Salvetti ordinarum, altera pro Decreto confirmationis voti seu sententiae arbitralis administrantis Domini Caroli Maggeri, iuris utriusque Professoris, Archipresbyteri S. Petri ad Monasterium, super differentiis inter congregationem ipsam [127] et Admodum Dominum Paschalem Berlendi, Archipresbyterum Plebis Nigrarii, exortis subscripto die 6 Maii 1761, quae supplicationes una cum voto, seu sententia praecitata pariter registrata sunt sub littera K; super quibus Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus, sibi reservavit decernere post visitationem tamquam in visitatione quidquid. Reverendus Dominus Pater Antonius Facci aetatis annorum 67 cum mandato ad annum pro cura huius Parochiae. Reverendus Pater Dominus Iulianus Ferrari aetatis annorum 35 habet mandatum ad annum pro cura huius. Nobilis et Reverendus Pater Dominus Ioseph Maria de Arco aetatis annorum 60 cum mandato ad annum pro cura huius. Nobilis et Reverendus Pater Dominus Hieronymus de Prato aetatis annorum 36 habet mandatum ad annum pro cura huius Ecclesiae. Nobilis et Reverendus Pater Dominus Attilius Miniscalchi aetatis annorum 55 cum mandato ad annum pro hac cura. Reverendus Pater Dominus Bartholomaeus Liberti aetatis annorum 55 cum mandato ad annum pro cura huius. Nobilis et Reverendus Pater Dominus Nicolaus Cossali aetatis annorum 49 huius Parochialis Curatus amovibiliter electus et praesentatus ab Admodum Patre Praeposito huius Congregationis et exercet curam Animarum cum mandato Episcopali dato ad annum et annuatim confirmato. Interrogatus dictus Reverendus Pater Dominus Curatus de statu Animarum praedictae Ecclesiae Parochialis, de vita et moribus Sacerdotum et Clericorum, et an adsit [128] aliquis inconfessus int empore Paschali, aut publicus peccator, respondit huic Ecclesiae subesse animas a communione 583 in totum 760. Sacerdotes vero et Clericos bene vivere; nullumque esse publicum peccatorem et circa inConfessos tempore Paschali exhibuit schedam Dominationi Suae Illustrissimae et Reverendissimae, in quibus ii descripti sunt qui translato tempore Paschali in hac Ecclesia a communione defuerunt; interrogatus an servit diebus Festis praecepto Missam celebrari pro populo (*qui manca la risposta del sacerdote*). Postea ostendit Libros Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum et Mortuorum optime instructos. Reverendus Pater Dominus Ambrosius Voltolini aetatis annorum 46. Reverendus Pater Dominus Ioannes Carolus Rusca aetatis annorum 43 habet mandatum ad annum pro hac cura. Nobilis Reverendus Pater Dominus Ioannes Bevilacqua aetatis annorum 43 habet mandatum ad annum pro cura huius Parochiae. Reverendus Pater Dominus Hiippolitus Bevelacqua aetatis annorum 40 cum mandato ad annum pro cura huius. Nobilis Reverendus Pater Dominus Antonius Maria Pace aetatis annorum 36 cum mandato ad annum pro hac cura. Reverendus Pater Dominus Franciscus Antonius Rizzieri aetatis annorum 34. Reverendus Pater Dominus Franciscus Manzoni aetatis annorum 34. Reverendus Pater Dominus Ioseph Vicelli aetatis annorum 29. Reverendus Pater Dominus Franciscus Pompei aetatis annorum 26. Reverendus Pater Dominus Carolus Cizlago aetatis annorum 24. Reverendus Pater Dominus Bartholoma eus Luzzetti aetatis annorum 53 cum mandato ad annum pro cura huius, [129] et coadiuvat Reverendndum Curatum in exercitio curae Animarum. Veronensis

Clericus Caietanus Busti Diaconus aetatis annorum 27. Veronensis Clericus Antonius Beccalossi SubDiaconus aetatis annorum 22. Reverendus Pater Dominus Franciscus Bonzanini aetatis annorum 36, habet mandatum ad annum pro huius Cura et pariter coadiuvat Admodum Curatum in exercitio curae animarum et est huius Congregationis Convictor. Qui omnes singillatim singuli interrogati de gubernio Admodum Reverendi Patris Domini Praepositi, de observantia et capitulorum bene in omnibus responderunt et ostenderunt mandata tam Ordinum, quam ad curam Animarum respective. Successive se praesentaverunt in'sti Reverendi Sacerdotes sub hac Parochia degentes, Clericique Ecclesiae huic inservientes vidit. Reverendus Pater Dominus Antonius Rinaldi aetatis annorum 74, Rector Cappellaniae S. Annae in Parochiali SS. Apostolorum huius Civitatis de iurepatronatus suae Familiae institutus cum litteris Curiae Episcopalis diei 9 Septembris 1748, quas ostendit una cum patentibus Ordinum. Reverendus Pater Dominus Ioannes Malaspina, cappellanus Simplicis Ecclesiae Sanctissimi Crucifixi infra limites huius Parochiae existentis, habet mandatum ad excipiendas Confessiones in Hospitali S. Iacobi, et in Cathedrali ad annum aetatis annorum 66. Reverendus Pater Dominus Ferdinandus Garofolo aetatis annorum 58 inservit huius Ecclesiae. Reverendus Pater Dominus Antonius Maria Cerea aetatis annorum 53. Vocatus non comparuit. Reverendus Pater Dominus Aliprandus Nicoletti aetatis annorum 30 inservit Ecclesiae S. Sebastiani. Reverendus Pater Dominus Hieronymus Mura aetatis annorum 48 inservit Parochiali S. Benedicti [130] Reverendus Pater Dominus Adam Tomasi aetatis annorum 47 inservit huic et habet mandatum pro cura S. Vitalis ad annum. Nobilis et Reverendus Pater Dominus Comes Adrianus Pompei aetatis annorum 36 inservit huic Ecclesiae. Reverendus Pater Dominus Iacobus Morando aetatis annorum 36 de hac Parochia, et celebrat in proprio Oratorio. Nobili Reverendus Pater Dominus Comes Carolus Pompei infra limites Parochialis Ecclesiae S. Thomae Cantuariensis inservit. Nobilis et Reverendus Pater Dominus Comes Leopoldus Frinotti aetatis annorum 31 habitat in hac Parochia et inservit Parochiali S. Petri Incarnario. Reverendus Pater Dominus Franciscus Avanzi aetatis annorum 28 inservit Parochiali S. Pauli de Campo Martio. Reverendus Pater Dominus Petrus Fantasia aetatis annorum 34 inservit Ecclesiae S. Nicolai. Clericus Franciscus Borsolini aetatis annorum 28 in habitu tantum de Parochia S. Pauli de Campo Martio inservit huic Ecclesiae. Clericus Franciscus Cracco aetatis annorum 19 de S. Paulo de Campo Martio praedicta et in habitu tantum est huic Ecclesiae adscriptus. Clericus Ioannes Baptista Delibeni de Englario aetatis annorum 23 in habitu, huic adscriptus, qui omnes praesentaverunt mandata respective Ordinum ad curam, et etiam habitus Clericalis. Quibus peractis Nobilis Dominus Comes Iulius Canonicus de Lisca Visitor et Dominus Pater Reverendus Nicolaus Zamanini, Prior Scholae Doctrinae Christianae huius Parochialis Ecclesiae reverenter praesentaverunt Libros et cathologa operariorum, nec non discipulorum, ac discipularum huiusce Scholae ex quibus Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus compertum habuit utramque regi et gubernari iuxta regulas ad huiusmodi pium opus institutas. Quo facto, Dominatio Sua Illustrissima et Reverendissima, Associata cum antedicto [131] Nobili Patre, Visitatore et Priore, descendit in Ecclesiam, in qua invenit convocatam Scholam discipulorum, ac etiam discipularum, quae in Simplici Ecclesia Sanctissimi Crucifixi haberi solet, et hodie in hac fuit collecta, ad minus incomodatum Suae Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis. Quae propter interrogationes factas non sine magna animi sui laetitia tam pueros, quam puellas Doctrinam ipsam optime expertus est, unde ipsis multa praemia donavit. Demum orando pro defunctis hanc Parochialem Suam Visitationem clausit et acceptis a praelaudatis Nobilibus Dominis Comite deputato, aliisque contractae Rappresentantibus, nec non NoIb. et Admodum Patre Praeposito, aliisque Reverendis Patribus Congregationis reverentiae obsequiis et gratiarum actionis testimoniis, per Rhedas suas una cum suo comitatu ad Palatium Suum Episcopale prandium sumpturus, redivit. **Die septima Mensis Iunii 1761, recurrente Dominica proxima post Pentecostes, hora circiter sexta diei eiusdem,** Praeaudatus Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Veronensis Comes, Associatus ad antenominato Nobili et Reverendissimo Domino Vicario, Sacerdotibus familiaribus, meque Cancellario, per Rhedas se contulit ad visitandam Ecclesiam Parochialem S. Mariae Arcis Maioris huius Civitatis, unitam

veronensi Monasterio S.S. Nazarii et Coelsi huius pariter Civitatis. Ut ad confinia Parochiae pervenit, Rheda descensus obvius habuit Reverendos Patres Antonium Iserzi, et Ioannem Baptistam Vanin, ambos huius contractae [132] deputatos, qui nomine eiusdem contractae Dominationi Suae Illustrissimae et Reverendissimae debitae venerationis et obsequiis testimonia exhibuerunt. Postea sub Baldachino gestato a Nobilibus Dominis Comitibus Ludovico Moscardo, Nobili Domino Comite Nicolao Rambaldo, Nobili Domino Francisco Becchi, Domino Iosepho Graziadei, Domino Ioanne Antonio Campostrini et Domino Petro Bianchi, reverenter receptus et super tapete, ac pulvinari ibi stratis genuflexus Crucem sibi a Reverendo Domino Ioanne Baptista Lumaga huius Ecclesiae Curato porrectam loco Admodum Patris Domini Antonii Ravignani Ordinarii S. Benedicti Congregationis Cassinensis huius Parochialis Ecclesiae Rectoris eius grate porrecta et egrotudine Domi detenti; deosculatus est. Praecedente Clero cum Cruce et cantoribus consueta canentibus inter instrumentorum musicalium concertum ad Ecclesiam ipsam, pervenit in limine Portae Maioris super tapete ibi pariter parato sistens aspensorium de manu praedicti Reverendi Curati accepit, aqua benedicta se signavit et adstantem populum aspersit, **[A margine S. Maria Maggiore]** ac thurificationis honore, triplici ductu, de manibus Reverendi Curati accepto, Ecclesiam Ingressus est solemniter Ingressus est; ante Altare Maius super genuflexorio prostratus paulisper oravit. Interim decantatis de more decantandis venit ad Altare ac recitata oratione Titularis Ecclesiae, populo solemniter benedixit, et Indulgentiam Plenariam Ecclesiam hanc in die visitationis visitantibus Apostolica auctoritate concessam publicare fecit. Mox in Throno a parte Evangelii Altaris Maioris sibi parato sumpsit pontificalia paramenta, et assistantibus sibi in Dalmaticis, antedictis Dominis Gambaroni Archipresbytero S. Thomae Apostoli ac Francisco Carmelo Archipresbytero S. Mariae Consolatricis exequias defunctis, tam in Ecclesiam, quam in proximo Coemiterio rite persolvit. Postea visitavit Sacramentum Sanctissimum Eucharistiae, servatum in Pixide argentea intus inaurata cum pede et coperculo cupreis, ac inauratis custodita in Tabernaculo marmoreo, tuto ostiolo et quattuor seris cum clavi argentea munitum. Hic ex perquisitionibus factis accepit Sacramentum hoc debitis temporibus renovari signa dari in sera, cum mane ad infirmos est deferendum, indulgentias publicari, et schedas communicatis tempore Paschali distribui ac subinde colligi; lampadem die noctuque semper ante dictum Augustissimum Sacramentum accensam manutenere sumptibus Ecclesiae; Missamque diebus Festis offeri pro populo. Insuper compertum habuit Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Praesul Ecclesiam hanc esse consecratam eiusque diem consecrationis anniversarium celebrari die tertia Novembris cuiuslibet anni et Festivitatem Nativitatis Beatae Mariae Virginis Titularis esse. Quibus intellectis praefatis hymno et thurificatione populo Sacramentalem benedictionem est impertitus, ac Sacramenta reposita, sumpsit Sacerdotalia apparamenta et assistantibus sibi pariter in dalmaticis praeter Admodum Illustrissimus Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Sanctum Missae Sacrificium celebravit infra cuius actionem uni Clerico et quinquaginta circiter Christifidelibus utriusque sexus Eucharisticum panem distribuit. [134] Missa peracta deposuit apparamenta et gratiis Deo actis, Parochialem Domum Ingressus est, ubi defatigatas vires refecit. Deinde ad Thronum in Ecclesia reversus sumptis stola super Rochetum et Mitra, octoginta quattuor Christifideles Sacro Chrismate perunxit. Postea visitavit Baptisterium rite constructum, ligneisque rastris circumscriptum: vidit quidem Olera Sancta in Vasis stanneis bene tenta. Visitavit Altare Maius quod habet Portatile, licet Ecclesia haec consecrata existat. Adest Societas Sanctissimi Sacramenti, quae ex eleemosynis providet suppellectiles et intorticia ad Associandum ipsummet suum sacramentum ad infirmos. Vidit Suppellectiles ipsas Sacras bene instructas. Relatum fuit Dominos deputatos huius contractae vigore Testamenti cuiusdam Ioannis Baptistae Panichetti singulo anno teneri comparare intorticia duodecim ponderis librarum trium pro quaque insumenda in Associando Sanctissimum Viaticum et huiusmodi Legatum adimpleri omnino et observari. Adest et alia Societas sub titulo, sed invocatione S. Antonii Patavini, qua nullum habet Legatum sed tantum manutenetur ex eleemosynis Confratrum. Visitavit Confessionale in quo sedit Reverendus Pater Rector ad excipendas Confessiones rite instructum, et in eo existentem tabellam casuum reservatorum. Vidit etiam Suggestum ac visitavit [135] Coemeterium Ecclesiae

contiguum. Ingressus in Sacristiam vidit appensam bullam contra sollicitantes et locum in quo asservantur Suppellectiles et Vasa Sacra ad Sacramentorum administrationem inservientia. Deinde in domo Parochiali sedit protribunali una cum Nobili et Reverendissimo Cancellario Visitationis Vicario, et coram se comparuerunt Dominus Antonius Sterzi et Dominus Ioannes Vanin deputati contractae, qui interrogati de vita, moribus, et exercitio cura Animarum Admodum Reverendi Patris Rectoris nec non de vita, moribus et exercitio Ecclesiae Sacerdotum et Clericorum sub hac Parochia gerentium, bene in omnibus, et de omnibus retulerunt. Postea venit Admodum Reverendus Antonius Ravignani monachus Cassinensis aetatis annorum 75, qui de anno 1716 ad praesentationem Christianissimi Patris Domini Ioannis Antonii Nonati a Bergamo Prioris ac in Spiritualibus et Temporalibus Monasterii S.S. Nazarii et Coelsi huius Civitatis administrationis obtinuit ab Episcopali Curia mandatum ad annum pro cura huius Ecclesiae amovibiliter exercenda, atque ex tunc, usque in praesens, eandem curam exercet cum mandatis ab Episcopo Successive concessis et singulis annis confirmatis, quae ipse exhibuit. una cum Libris Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum et Mortuorum bene instructis. Subinde idem Admodum Pater Rector interrogatus fuit de vita, moribus, servitio Ecclesiae ac frequentia Scholae Doctrinae Christianae Sacerdotum et Clericorum de hac Parochia, optime in omnibus respondit. [136] Interrogatus de vita, pariter, et moribus suorum Parochianorum et an sit aliquis inconfessus tempore Paschali vel publicus peccator, respondit, Deo favente, intra suos Parochianos nullum praecepto Ecclesiae inobedientem, neque publicum peccatorem existere, sed omnes ut decet Christifideles, vivere. Interrogatus de numero animarum et an diebus Festis ipse applicet Missam pro populo respondit, sub hac Parochia animas a communione esse 630, in totum 996, et diebus Festis de praecepto se Sacrificium offerre pro populo. Successive se praesentaverunt infrascripti Reverendi Sacerdotes et Clerici; vidit Reverendus Pater Dominus Ioannes Baptista Lumaga, huius Ecclesiae Curatus, aetatis circiter annorum 69, cum mandato Episcopali usque ad annum. Reverendus Pater Dominus Iacobus Pontalti, Sacerdos de S. Vitale, aetatis circiter annorum 59, habet mandatum usque ad annum pro cura huius Parochiae, cui inservit et in qua ter in hebdomada ad Altare S. Barbarae celebrat pro Officiatura Panighetti. Reverendus Pater Dominus Dominicus Savisi Sacerdos de hac aetatis annorum 39 circiter, cum mandato ad annum pro cura hac. Reverendus Pater Dominus Dominicus Carzereri Sacerdos de Coloniola huius Dioecesis inhabitat sub hac Parochia, cui inservit cum mandato ad annum pro cura aetatis annorum 36 circiter. Reverendus Pater Dominus Antonius Perini Sacerdos de Cero huius Dioecesis aetatis annorum 24, habet Domicilium sub hac Parochia cui inservit. Reverendus Pater Dominus Balthasar Prati Sacerdos de Lugo huius Dioecesis aetatis annorum 71 [137] sub hac Parochia moratur, et est Cappellanus Parochialis Ecclesiae S. Salvatoris Clericorum Regularium inservit cum mandato ad annum pro cura animarum. Reverendus Pater Dominus Alexander Lipella aetatis annorum 53 Sacerdos de hac Parochia inservit Ecclesiae S. Margheritae. Reverendus Pater Dominus Inventicus Milani Sacerdos de hac aetatis annorum 41 inservit Ecclesiae S. Sebastiani. Reverendus Pater Dominus Ioannes Mantovani Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 56 Cappellanus Cathedralis cui inservit. Reverendus Pater Dominus Petrus Vicentini Sacerdos de hac aetatis annorum 32 inservit Ecclesiae Parochiali S.S. Firmi et Rustici. Reverendus Pater Dominus Petrus Bellorio Sacerdos de Lugo huius Dioecesis aetatis annorum 26 habitat sub hac Parochia, et inservit Ecclesiae Parochiali S. Vitalis. Reverendus Pater Dominus Antonius Vinco Sacerdos de Roboreto Veli aetatis annorum 27 huius Parochiae incola inservit Parochiali Omnium Sanctorum. Reverendus Pater Dominus Aloysius Vanini Sacerdos de hac aetatis annorum 28 inservit Parochiali S. Vitalis. Reverendus Pater Dominus Ioseph Antonius Benedetti Sacerdos de Malcesine huius Dioecesis aetatis annorum 26 incola huius Parochiae qui inservit Parochiali Ecclesiae S. Andreae. Reverendus Pater Dominus Hyeronimus Corradi Sacerdos de Cero huius Dioecesis aetatis annorum 36 moratur sub Parochia S. Nazarii, et inservit huic cum mandato pro cura animarum ad sex menses. Clericus Ioseph Gottardi in minoribus de hac Parochia aetatis annorum 27, Accolitus Cathedralis cui inservit. Clericus [138] Ioseph Franceschetti de hac Parochia aetatis annorum 29 in habitu tantum inservit Plebi S. Ioannis in Valle. Qui singuli propria respective mandata Ordinum praesentaverunt, quae visa ipsis fuerunt

restituta. Dein comparuerunt Dominus Petrus Milani, Prior, et Reverendus Dominus Antonius Nicolai Capsarius Pragliae sub titulo, et ad Altare S. Antonii Patavini huius Ecclesiae, qui interrogati an haec Societas habeat pia Legata et obligationes Missarum, et an adimpleantur, responderunt Societatem ipsam non habere Legata pia nec obligationes Missarum adimplendas in virtute Testamentorum, sed tantum habere in morem celebrandi propriis eleemosynis sex Missas in suffragium animae cuiuscumque Confratris defuncti, nec non solemnizari faciendo diem septimum Sancti Antonii Patavini cum celebratione tot Missarum ad dictum Altare, quot die dicta celebrari possint, iuxta vires Societatis; nec non providendo de cereis ad dictum Altare pro festo die Sancti Antonii. Demum venerunt Reverendus Dominus Pater Ioannes Baptista Vanin, Prior Doctrinae Christianae Ecclesiae Parochialis S. Thomae Cantuariensis, cui adscripta est Schola Doctrinae Christianae discipularum quae exercetur in hac Ecclesia Parochiali, et reverenter praesentaverunt Libros in quibus registrantur communioniones dictarum discipularum et operariarum, nec non earundem frequentiae et negligentiae, quos, cum Dominatione Sua Illustrissima et Reverendissima vidisset, ipsi Reverendo Patri Priori praesentanti restituit, et convocatis puellis distributis ad suas classes, ipse Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Antistes Associatus a praedicto Reverendo Patre [139] Priore et a Domino Dominico Bonato nec non a Dominis Iosepho Lonardi Cancellario et Caietano Zamboni Cancellario Scholae Doctrinae Christianae S. Thomae praedictae, in hanc Ecclesiam per ostendia et per varias interrogationes, per humanissima facta cognovit non sine maxima consolatione puellas ipsas in doctrina Christi optime instructas esse, quare multa praemia etiam ipsis distribuit. Post haec pro defunctis oravit et acceptis, non tam ab Admodum Reverendo Patre Rectore, quam a Dominis deputatis antedictis, obsequiis et gratiarum actionis testimoniis, Rheda conscensa, ad Palatium Suum Episcopale cum suo comitatu prandium sumpturus sese restituit et ita. **Die 14 Mensis Iunii 1761 recurrente Dominica quinta post Pentecostes pulsata hora tetiarum** Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Veronensis antedictus inceptam Suam Visitationem prosequens una cum saepe dicto Nobili et Reverendissimo Domenico Manuelli Canonico Vicario Visitationis, praedictis suis Sacerdotibus familiaribus, meque Nicolao Bovio praesbytero Cancellario, per Rhedas se contulit ad visitandam Ecclesiam Parochialem S. Salvatoris Curtis Regiae Reverendarum Sanctimonialium eiusdem S. Salvatoris huius Civitatis. **[A margine S. Salvar C.R.]** Ad limen contractae perventus e Rheda descendit, statimque ei obviis fuerunt Illustrissimi Domini doctores fiscales et advocati Gibertus Giberti et [140] Benedictus Borsato ambo huius contractae deputati et eiusdem nomine testimonia obsequiis seu venerationis praestantes. Postea sub Baldachino gestato a praedictis Dominis Giberti et Borsato, nec non Dominis Petro Bernalea, Ioanne Baptista Benalea, Francisco Brendalci et Iosepho Guarinoni, Illustrissimus et Reverendissimus Praesul reverenter et super tapete ac pulvino ibi stratis genuflexus Crucem sibi a Reverendo Domino Dominico Sartori Curato amovibili dictae Ecclesiae, induto pluviali porrectam, veneratus et deosculatus est. Mox clero cum Cruce et cantoribus praecedentibus, solet ita canentibus ad ianuam Ecclesiae Maiorem per vias rosis aspersas et ab omni parte ornatas venit. In limine Portae stans super tapete itidem parato, accepto aspergillo de manu dicti Reverendi Curati aqua benedicta se signavit, et circumstantem populum aspersit. Deinde thurificationis honorem accepit, et solemniter in Ecclesiam Ingressus est. Ante Altare Maius provolutus super faldistorium Sanctissimum Sacramentum adoravit. Postea ad Altare ascendens, ipsum in medio deosculatus est, et antiphona decantata, orationem solemnitatis Transfigurationis Domni Nostri Jesu Christi huius Ecclesiae Titularis devote recitavit, et Indulgentiam Plenariam Ecclesiam hanc hodie in actu Visitationis visitantibus ex Brevi Apostolico concessam publicari fecit. Subinde Thronum in cornu Evangelii Altaris Maioris sibi paratum ascendit, ubi ad osculum manus Reverendum Patrem Curatum, et Sacerdotes, Clericosque huiusce Parochiae admisit. [141] Quo facto sumpsit apparamenta, et adsistentibus sibi in Dalmaticis Admodum Reverendis Dominis Pio Gaidoni Rectore S. Benedicti ac Vincentio Bordoni Archipresbytero S. Pauli de Campo Martio, exequias pro defunctis tam in Ecclesia, quam in coemeterio Sacristiae proximo rite persolvit. Dein Reverendissimus et Illustrissimus Dominus Episcopus visitavit Eucharistiae Sacramentum in Pixide argentea intus Tabernaculum

marmoreum in medio Altaris Maioris decore et tute servatum; ubi ex perquisitionibus factis intellexit hoc Sacramentum debitis renovari temporibus, signa dari in sera cum mane ad infirmos sit deferendum et indulgentiam Associantibus concessam publicari, schedas communicatis tempore Paschali distribui et colligi, lampadem ante Augustissimum Sacramentum die noctuque ardere, sumptibus huiusce Monasterii. Adest Societas Sanctissimi Sacramenti antiquitus ut fertur erecta et manutenet Suppellectiles, intorticia, aliqua necessaria ad Associandum ipsum Sanctissimum Sacramentum ad infirmos; insuper providet intorticia, quibus utitur quotiescumque fit in hac Parochiali sollemnis expositio Sanctissimi Sacramenti ac etiam in quadam Processione sollemni, quae fieri solet die Festo Assumptionis Beatae Mariae Virginis. Visitato Sacramento decantato et hymno cum thurificatione, et solita oratione recitata, adstanti populo Sacramenti benedictionem impertitus est. [142] Postea reposita Pixide intus Tabernaculum, clausoque ostiolo, Praefatus Illustrissimus et Reverendissimus Praesul, Sacerdotalibus apparamentis indutus, Sacrosanctum Missae Sacrificium celebravit, adistentibus sibi in Dalmaticis infra citatis Reverendis Dominis Archipresbyteris et infra Missae actionem tribus Clericis, et quinquaginta quinque utriusque sexus Christifidelibus panem Angelorum distribuit. Dum haec agerentur, Nobilis et Reverendissimus Dominus Canonicus Visitationis Vicarius visitavit Oratorium privatum in domo Excellentissimi Domini et Advocati Giberti de Gibertis, Promotoris fiscalis, intra limites huius Parochiae existens, privilegio Apostolico concesso, illudque observavit decenter muro exstructum, ab omnibus domesticis usibus liberum, de omnibus necessariis decore provisum. In hoc celebrat iuxta tenorem Privilegii Apostolici praedicti Reverendus Dominus Hyeronimus Roveta, Sacerdos Veronensis, stype sibi tradita a Praefato Domino Rectore. Interea Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Antistes, Missa expleta, et gratis Deo actis, venit una cum praedicto Domino Vicario in Parlatorium Maius Monasterii ubi paulisper quievit. Ex hinc in Ecclesiam reversus, accepta stola, et Mitra, septuaginta quinque Christifideles utriusque sexus Sacro Chrismate signavit. Subinde visitavit Baptisterium rite constructum, rastris ferreis munitum, ubi vidit etiam proximum Sacarium. Visitavit armariolum a parte Evangelii Altaris Maioris panno sericeo [143] violaceo intus ornatum, ostiolo ferreo ab extra coloribus depicto cum inscriptione “Olea Sancta”, tutis seris et clavi munitum, in eoque arculam nuceam cum alia clavi continentem tria Vascula stannea pro accipiendis a Cathedrali ipsis Oleis Sanctis in hebdomada Maiori. Vidit quoque Oleum Infirmorum in duabus Vasibus argenteis intra quas erant capsulae nuceae et bursae violaceae, primum pro Infirmis Monialibus, aliud pro Parochianis. In cornu Epistolae vidit aliud armariolum similiter intus ornatum, et depictum cum inscriptione “Reliquiae Sanctorum” super ostiolum pariter ferrea sera et clavi munitum et in eo (*manca vidit*) sequentes Sacras Reliquias nempe: particulas ex sacro ligno Sanctissimae Crucis Domini Nostri Iesu Christi sigillo et patentibus Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Ioannis Bragadeni tunc Veronae Episcopi, datum die 7 Novembris 1757, munitas. Ex Sacris fasciculis Domini Nostri Iesu Christi et sex capillis Beatae Mariae Virginis sigillo et litteris patentibus supracitatis Episcopi Ioannis Bragadeni datum die 6 Novembris 1757, firmatas. Particulam ex Sacris ossibus S. Benedicti Abbatis, sigillo et patentibus praedictis diei 26 Septembris 1757 roboratas. Ex sacris ossibus S. Annae Genetricis Beatae Mariae Virginis, sigillo et patentibus huius curiae pariter die 26 Septembris 1757, signatas. Ex carne S. Francisci Salesii Episcopi sigillo, et litteris Suae Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Episcopi diei 22 Septembris 1759 munitas. Ex sacris ossibus S. Gualphardi Confessoris, sigillo cum autenticis [144] praecitatis die 25 Novembris 1759 munita. Ex sacris ossibus et particulam aliam Crucis S. Andreae Apostoli et litteris ut supra datis die 12 Ianuarii 17 firmatas. Ex sacris ossibus S. Scholasticae Virginis sigillo ac litteris Illustrissimi Reverendissimi Domini Domini Francisci Episcopi Lavellensis datis diei 20 Maii 1736 recognita postea in hac Curia die 23 Aprilis 1761. Quas intus Reliquaria in praedictis litteris respective descripta bene clausas ac sigillis et patentibus praenominatis munitas veneratus est. Similiter veneratus est etiam Sacras Reliquias, nempe magnam partem ex sacro thorace S. Gualphardi Confessoris, praevia canonica recognitione et facultatis renovandis repositiones, iam clausas et sigillatas et in arca marmorea existente in nichia Altaris ibidem S. Gualphardo dicato. Deinde visitavit infra descripta Altaria

nimirum Maius una cum tTabernaculo ex marmoribus collustratis, non consecratum, sed cum Portatili et icona celebri pictoris Ioannis Bettini Cignaroli Veronensis. Celebrat in hoc diebus Festis Reverendus Pater Curatus, et applicat pro populo. In hac Ecclesia nonnulla sunt Missarum onera, quae satisfiunt, ut videre est in polycea tradita a Reverendo Patre Curato et in fine huius reposita sub littera M. Altare Sanctissimae Conceptionis Beatae Mariae Virginis marmoreum cum Portatili et parva custodia itidem marmorea, in qua servatur Sanctissimum Sacramentum [145] in hebdomada Maiori in nichia Altaris exstat pro icona imago sculpta eiusdem Beatae Mariae Virginis Immaculatae Conceptae. Assertum fuit Altare hoc pertinere ad familiam Reverendi Patris de Noriis (o de Moriis), sed manteneri sumptibus Monasterii. Adest titulus perpetui Beneficii, seu Cappellaniae cuius Rector ex conventionem de anno 1669, infra citatas partes sequuta, ut asseritur in polycea, alternatim eligitur a familia de Noriis praedicta pro una vice, et pro altera a Monasterio. Praesentatio vero simultanea fit a familia et per Monasterium, persona electa, et praesentata litteris episcopalibus instituitur et confirmatur. Nunc modernus Rector est Reverendus Pater Dominus Balthasar Prati in dicta Cappellania institutus et confirmatus cum litteris ab hac Curia relaxatis de anno 1722, qui suum onus adimplet. Altare S. Benedicti Abbatis marmoreum cum Portatili, et icona S. Gualphardi Confessoris ex marmoribus cum Portatili, et imagine eiusdem Sancti ex paria sculpta super hanc imaginem in nichia Altaris existit arca continens Sacras Reliquias S. Gualphardi praedicti ut supradictum est. S. Bobi Confessoris Altare marmoreum cum Portatili et icona Mysterium Transfigurationis Domini Nostri Iesu Christi huius Ecclesiae est Altare Titulare, et solemniter ex Indulto Apostolico quotannis Dominica proxima Augusti. Fertur ex antiqua traditione die 9 Novembris in qua recurrit dedicatio Basilicae Salvatoris Almae Urbis huius pariter Ecclesiae dedicationis anniversarium diem celebrari verum de [146] huiusmodi consecratione nulla extat memoria et nullum signum prae se fert signum Privilegiorum usus, indulgentiae et gratiae, quibus haec ipsa Ecclesia decorata existit, descripta sunt in polycea ut supra sub littera M registrata. Inest etiam late Ecclesiae cura Animarum, cuius onus incumbit Reverendus Dominus Dominicus Sartori, a monialibus electus et praesentatus die 8 Iunii 1731, Illustrissimo et Reverendissimo Domino Episcopo Veronensi, a quo solitum mandatum ad annum fuit relaxatum pro hac Cura exercenda, quod Successive annuatim fuit usque in praesens confirmatum. Deinde visitavit Suppellectiles, quae inserviunt ad Associandum Sanctissimum Sacramentum ad infirmos, quae a Confraternitate Sanctissimi Sacramenti ut perhibetur in hac Ecclesia antiquitus canonice est erecta, manutinentur, prout etiam intorticia, ut legitur in polycea antedicta. Visitavit etiam Libros dictae Confraternitatis. Vidit tria Confessionalia rite constructa. In hac Ecclesia ars ephibiorum solemnizat die 30 Aprilis cuiuslibet anni Festivitatem S. Gualphardi. Ars piscatorum Festivitatem S. Andreae Apostoli, et Ars macellariorum, Festum S. Bobi, pro quibus solemnitatibus qualibet Ars respective subministrat ea, quae triplici navi constructa est et habet Suggestum; nec non Suppellectiles, quibus in solemnitatibus decore ornatur. Vidit quoque ostiolum per quod Moniales sacram recipiunt communionem.[147] Demum Ingressus in Sacristiam, visitavit in ea apparamenta et Suppellectiles utiles et alia Vasa Sacra ad curam Animarum inservientia, omnia bene instructa. Observavit Rotam per quam a Monialibus Sacristiae apparamenta subministrantur. E Sacristia per scalam proximam ascendit in locum Confessoris et in eo vidit fenestram grate et tela munitam, ex qua Monialium audiuntur Sacramentales Confessiones. Vidit etiam proximam cantoriam cum organo. Reversus in Sacristiam, visitavit coemeterium eidem Sacristiae contiguum. Postea se contulit ad domum Reverendi Curati, existens contra parlatorium parvum Ecclesiae proximum, et in ea sedit pro Tribunali. Et primum vocati venerunt Excellentissimus Dominus et Advocatus Domini Gibertus de Gibertis et Benedictus Borsati, ambo ut supra huius contractae deputati, qui interrogati de vita, moribus, servitio Ecclesiae et exercitio in cura animarum Reverendi Curati, nec non Reverendorum Sacerdotum et Clericorum infra limites huius Parochiae habitantium vel huic Ecclesiae adscriptorum, bene de omnibus ac in omnibus responderunt. Subinde comparuerunt Reverendus Curatus Dominicus Sartori aetatis annorum 69, qui interrogatus de statu animarum huius Parochiae et nunc sit aliquis inconfessus tempore Paschali, nec publicus peccator, respondit huic curae se habere animas ad communionem 292 [148] in totum 402 et

omnes tempore Paschali in propria Parochia fuisse Confessas praeter quinque; quorum nomina Suae Illustrissimae et Reverendissimae Dominationi exhibuit in scheda descripta, qui Parochialibus postremis solemnitatibus in hac Ecclesia Sacram Communionem non receperunt, asserentes se in alia Ecclesia huic praecepto satisfecisse. His auditis, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Praesul mandavit quinque supradictos moneri ut redeant quamprimum ob oboedientiam praestitam Ecclesiae praecepto aliter. Insuper praefatus Reverendus Curatus praesentavit suum mandatum in forma confirmatum ad annum pro cura animarum huius Parochiae amovibiliter exercenda, nec non Libros Renatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum et Mortuorum, omnes rite instructos. Reverendus Dominus Balthazar Prati, Sacerdos aetatis annorum 71, Rector Cappellanus Sanctissimae Conceptionis in hac Ecclesia cum mandato ad annum pro hac Cura, cui inservit et inhabitat sub Parochia S. Mariae Arcis Maioris. Reverendus Pater Dominus Aurelianus Anselmi Sacerdos de hac aetatis annorum 48, habet mandatum ad annum pro cura huius cui inservit et coadiuvat Reverendum Curatum in Animarum cura. Reverendus Dominus Ioseph Bilanzoni, Sacerdos de S. Petro ad Monasterium, aetatis annorum 39, inservit huic Ecclesiae cum mandato ad annum pro cura animarum. Reverendus Pater Dominus Cajetanus Luppi, Sacerdos de S. Marco, aetatis annorum 46, habet mandatum [149] ad annum pro hac cura. Reverendus Pater Dominus Ioannes Quinto, Sacerdos de S. Ioanne in Fonte, aetatis annorum 28, cum mandato ad annum pro cura et inservit huic Ecclesiae. Reverendus Dominus Ioannes Baptista Zannini Piazza, Sacerdos de S. Mariae ad Clavicam, aetatis annorum 29, inservit huic. Qui omnes adimplent onera Missarum sibi respective iniuncta prout in polycea praesentata et posita sub littera M. Reverendus Pater Dominus Thomas Fontana, Sacerdos de hac, aetatis annorum 60, cum mandato ad annum pro cura huius Parochiae, sed inservit Parochiali Ecclesiae S. Mariae Antiquae. Reverendus Pater Dolminus Ignatius Fainelli, Sacerdos de hac, aetatis annorum 49, inservit Ecclesiae S. Petri ad Monasterium. Veronensis Clericus Dominicus Antonius Benalea, Diaconus de hac, aetatis annorum 24, inservit Parochiali Ecclesiae S. Mariae ad Frattam. Veronensis Clericus Antonius Barba, in Minoribus Ordinibus constitutus, aetatis annorum 21, inservit huic Ecclesiae. Omnes praesentaverunt singillatim sua mandata, quae visa ipsis restituta fuerunt. Venerunt tandem Petrus Paulus Carminati, Massarius, et Franciscus Albarelli, sub Massarius Societatis Sanctissimi Sacramenti, et praesentando Libros eiusdem Societatis, interrogati dixerunt ipsam Societatem habere legata pia in hac Ecclesia adimplenda, eaque adimpleri revera, prout videre est in iam citata polycea. [150] His absolutis Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Antistes sibi reservans in crastinum visitationem Monasterii peragere ad Palatium Suum Episcopale cum toto suo comitatu prandium sumpturus sese restituit. **Die Lunae 15 Iunii 1762 hora circiter tertiarum.** Praelatus Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus mediantibus suis Rhedis una cum Nobili et Reverendissimo Domino Domino Vicario suo Gentili, ac Nobili et Reverendissimo Canonico Vicario Visitatore ad visitandum Monasterium antedictum, Monialium S. Salvatoris Clericorum Regularium Ordini S. Benedicti profectus est. Vix pervenit ad portam Maioris Ecclesiae exterioris, descensus e Rheda accepit aspergillum ab Admodum Patre Reverendo Cajetano Marcegaglia, Confessore Ordinario Monialium, Pluviali induto, sibi reverenter porrectum et aqua salutari signavit se, populumque circumstantem aspersit. Ingressus in Ecclesiam et in genuflexorio provolutus ante Altare Maius paulisper oravit. Deinde in Throno adsistentibus sibi in Dalmaticis Admodum Reverendis Patribus Dominis Pio Gaidoni Archipresbytero S. Benedicti ac Vincentio Bordoni Archipresbytero S. Pauli de Campo Martio, apparamentis indutus, venit ad Altare Maius, ibique genuflexus, aperto ostiolo Tabernaculi a praefato Reverendo Confessore Ordinario, recitatis rite recitandis, ad Ostiolum Communionis se approximavit, ac accepta sacra Pixide , ecclesia tota interim musicalium instrumentorum plurimorum concerti resonante, Sacram Communionem Monialibus, Conversis ac etiam Puellis educandis propriis manibus distribuit.[151] Moniales Capitulares sunt triginta, Conversae tredecim, Puellae vere educandae decem. Postea sacramentalis benedictio iis supradictis communicatis impertita est, Sacramento intus Tabernaculum reposito, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus ad Thronum se se restituit, ubi facta

praeparatione Sacerdotalibus apparamentis indutus, ad Altare Maius iam adsistentibus sibi in dalmaticis praecitatis, Reverendissimum Sanctissimum Sacramentum Missae Sacrificium Episcopus celebravit. Quo facto, depositisque apparamentis et gratiis Deo actis, egressus de Ecclesia una cum supradictis Nobilibus et Reverendis Dominis Iosepho Muselli, Archipresbitero Cathedralis, Vicario Gentili et Ferdinando Manuelli, Canonico Vicario Visitationis suae Pastoralis, deputato me Cancellario, Admodum Reverendo Domino Petro Antonio Cenci, Archipresbytero S. Mariae ad Clavicam, Caerimoniarum magistro, Sacerdotibus familiaribus suis, ad portam Monasterii pervenit, in eoque intravit, clausoque ostiolo, Monialibus omnibus genuflexis veloque coopertis benedixit, eisque mandavit ut assurgerent et Velum levarent. Postea praecedentibus ipsis Monialibus in Ecclesiam interiorem venit ubi, super genuflexorio stratus, intonavit hymnum "Veni Creator Spiritus", quo decantato a choris Monialium, et oratione Spiritus Sancti recitata in Throno sibi parato sistens devotum ad Moniales habuit sermonem et subinde exequias pro defunctis Monialibus rite persolvit; quibus absolutis observavit ostiolum a communione in parte interiori. [152] Postea vidit Sacristiam interiorem, Vasa Sacra et apparamenta omnia servata apud Moniales intra clausuram. Post haec visitavit aediculam nuncupatam S. Gualphardi, Capitulum, Scriptoriam et capsam depositi communis, cuius clavis apud Admodum matrem Abbaissam servatur. Vidit omnia loca subterranea, et cellas, coquinam, cellas vinarias, refectorium, loca inferiora Parlatoria, in eisque observavit fenestrellas et Rotas rite constructas et caute munitas. Visitavit omnia loca superiora, vidit cellas pro Monialibus Capitularibus, omnes in structura et ornamentis omnino inter se similes, seiunctas a loco dormitorii Conversarum ab eo et in quo pernodiunt puellae educandae quas omnes visitavit et iterum visitavit. Intravit in cubiculum nuncupatum "Il Noviziato", ibique videns Libros introitus et expensarum Monasterii sibi Admodum ab antedicta Matre Scriptorissa praesentatos quos bene instructos invenit. Deinde venerunt coram Sua Illustrissima et Reverendissima Dominatione Puellae Educandae quas, sic supplicante Admodum Matre Anna Maria Carmagnola Abbaissa per varias interrogationes in Doctrina Christiana optime expertas esse cognovit. Reversus in Ecclesiam interiorem, decantato "Te Deum laudamus" pro defunctis oravit et cum hora esset tarda, sibi reservans in crastinum examen de Monialibus habendum ad Palatium Suum rediit. [153] **Die Martis 16 Iunii 1761.** Praelibatus Illustrissimus et Reverendissimus Praesul ad Monasterium praedictum S. Salvatoris Clerici Regularis huius curiae in hac statuta die quadriga vectus Episcopus se contulit, ut Monialium examen sumeret. Illustrissimus perventus exceptus fuit a Reverendo Patre Confessario Ordinario, falsi veste induto, in Parlatorio Maiori solus sedit vocatisque Monialibus quae singulariter singulae se se ad crates eiusdem Parlatorii sisterunt. Paterna charitate eas singillatim examinavit, ut cognosceret si quid fortasse vel circa Monasticam disciplinam, vel Monasterii regimen providendum foret. Nonnullis igitur examinatis, cum hora tarda facta esset, reliquarum examen ad diem 18 currentis Mensis distulit, interim ad Palatium suum Episcopale reversus est. **Die 18 Iunii 1761.** Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Veronensis item ad Monasterium S. Salvatoris Clericorum Regularium iter fecit, ut reliquum Monialium examen compleret ac praedicto in loco vocatis singulariter examinandis, personali earundem examini vocavit, illudque absolutum, et relictis infrascriptis ordinationibus, ipse ab ipso Monasterio discessit.

Nicolaus Antonius Giustiniani de ordine S. Benedicti dictae congregationis Cassinensis per Dei gratiam et sedis apostolicae Episcopus Veronae comes.

Alle dilette nel Signore Reverendissime madri, Madre Badessa e Monache [154] del Veronese Monastero di S. Salvatore Corte Regia di questa città. Salute ed obbedienza.

Disposizioni

Invigilando il suo paterno zelo sempre più alla maggior disciplina, decoro, quiete e vantaggio de' chiostrì nel terminare con nostro contento la Visita Pastorale di questo Monastero, stimiamo opportuno di ordinare quanto segue da puntualmente osservarsi e cioè:

- 1° - *Prima dell'Orazion Mentale si legga dall'Edomateria il punto da meditazione;*
- 2° - *Quando il Padre Confessore visita le inferme, e confessa, stia sempre aperta la Porta della Camera per la meditazione delle inferme;*
- 3° - *Non si faccia alcuna spesa in Fabbriche, o altro senza una precisa licenza, essendo Nostra intenzione che il suo Monastero si rimetta dalle gravose spese sino ad ora fatte;*
- 4° - *Che ogni volta che il Vescovo o il suo Vicario Gentili vengono al Monastero, sia permesso a ciascheduna, giusta il bisogno, di portarsi alli medesimi;*
- 5° - *Sebbene con Nostra consolazione siaci noto lo zelo indefesso della Madre Abadessa e Priora, in tutto ciò che riguarda l'osservanza Monastica principalmente del Coro, e Refettorio, nonostante in adempimento del Nostro dovere, raccomandiamo alle Suore di non occuparsi degli affari del Monastero, in modo che tutte e due nello stesso tempo siano impediti di intervenire, ma sempre vi sia o l'una o l'altra, tanto in Coro [155] che in Refettorio;*
- 6° - *Che con le inferme, e con quelle che sono sprovvedute, si continui ad usar la carità, come è sempre stato praticato sia per le cibarie, che per le medicine necessarie;*
- 7° - *Che le Monache Sacrestane per maneggiar li Vasi Sacri usino i guanti a questo uso destinati, o adoperino qualche velo e cosa simile, quando la Necessità o l'accidente non richiedessero diversamente;*
- 8° - *Per ultimo vogliamo che si osservi esattamente l'ordine preposito alle Monache di non portarsi in Parlatorio senza espressa licenza della Madre Abbadessa, alla quale dovranno anco dire, come fin d'ora si è lodevolmente praticato da chi siano esse chiamate.*

In Fede di che, data della Pastorale Nostra Visita vocata (fatta, convocata), li 18 Giugno 1761

Nicolò Antonio Giustiniani Vescovo di Verona

Don Nicola Bovio Cancelliere Vescovile

Die 22 Iunii 1762 recurrente Dominica sexta post Pentecostes pulsata hora tertiarum

Pro praesenti die per solita edicta ac instructiones ad Admodum Reverendum Patrem Rectorem transmissa, hac pastoralis visitatione indicta ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino Antiste una cum supradicto Nobilissimo et Reverendissimo Domino Vicario Visitationis, me Cancellario, suisque Sacerdotibus et familiaribus ad Parochialem Ecclesiam S. Felicitatis Veronae Episcopus unitus venit; [156] Veronensi Monasterio S.S. Nazarii et Coelsi huius civitatis visitationem illam pedester ivit. Ad confinia contractae perventus a Nobili Domino Marco Bernardi deputato, ac Theodosio Fumanelli gerente vires, Nobili Domino Comite Antonio Ravignani altero deputato, nec non Admodum Reverendo Patre Domino Anselmo Bortoloni, monacho Cassinensi Rectore, ac Clero humiliter deventuratus et sub Baldachino a Nobilibus Dominis Ignatio Bernardi, Francisco Cavalli, Ioanne Baptista Corsini uno ex doctoribus, nec non Patribus Dominis Anselmo Tomasi, Iosepho Benalea ac Carlo Guarnieri acceptus [A margine S. Felicita] venerenter super tapete et pulvinari stratis genuflexus, Crucem sibi a praefato dicto Reverendo Patre Domino Rectore porrectam deosculatus est. Mox Clero praecedente et canticum "Benedictus" decantante per vias decenter in parietibus domorum ornatas floribus ac rosis undique aspersas processionaliter Ecclesiam ipsam adivit. In limine portae sistens recepto aspergillo de manu Admodum Reverendi Rectoris aqua lustrali sese signavit et adstantem populum aspersit, ac recepto honore thurificationis Ecclesiam ipsam intus musicalium instrumentorum symphonias solemniter Ingressus est. Ante Altare Maius super faldistorium provolutus Sanctissimum Sacramentum adoravit; Altare ascendit absolutisque interim consuetis orationibus et antiphonis populo benedixit, et Indulgentiam Plenariam Apostolica auctoritate Ecclesiae in actu huiusmodi suae Visitationi adstantibus concessam publicari fieri iussit. [157] Ad Thronum sibi paratum venit,

ubi ad osculum manus Patrem Rectorem, Sacerdotes et Clericos huius Parochiae admisit et assistentibus in dalmaticis Admodum Reverendis Dominis Dominico Franzoso Rectore S. Margaritae et Alexandro a Ritia Archipresbytero S. Petri in Castro, apparamentis sumptis, exequias defunctorum in Ecclesia et in Coemiterio adhaerenti (vicino) persolvit. Visitavit postea Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in Pixide argentea intus inaurata, et in Tabernaculo ligneo scalpro eleganter elaborato auroque linito servatum; quod Tabernaculum duplici ostiolo munitum, et duplici clavi custoditum, quarum una argentea, observavit. Intellexit insuper ex perquisitionibus, Sacramentum hoc temporibus debitis renovari, signa in sera dari cum ad infirmos defertur, schedas communicatis tempore Paschali distribui, deinde colligi; lampas sumptibus Ecclesiae iugiter ardeat. Adest Societas Sanctissimi Sacramenti antiquitus canonice erecta, quae manutinet intorticia et Suppellectiles pro Associando ipsum Sacramentum ad infirmos. Vidit easdem Suppellectiles decenter paratas prout descriptae sunt in polycea exhibita et in fine registrata sub littera N. Intellexit quoque a Reverendo Patre Rectore ipsum diebus Festis pro populo sacrificium applicare. His peractis Sacramenti populo benedictionem est impertitus, et reposito Sacramento in Tabernaculo a Reverendo Patre Rectore, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus apparamenta sumpsit Sacerdotalia, et cum iam dictis suis assistentibus Sacrosanctum Missae Sacrificium celebravit, infra cuius actionem duo Clericos [158] et nonaginta tres utriusque sexus Christifideles Eucharistico pane satiavit; Missa celebrata, et Deo gratiis actis, in Domum Parochialem se contulit, ibique paulisper quietavit. Subinde in Ecclesiam reversus, sumpta stola, et Mitra, quadraginta quinque utriusque sexus Christifideles Sacra Chrismatis unctione linivit. Post haec visitavit Baptisterium in angulo Ecclesiae a parte sinistra Ingressus Portae Maioris existens nec non sacrarium ei proximum. Olea Sancta tam, pro Baptisterio, quam pro infirmis in Vasis stanneis bene tenta. Vidit Confessionale Admodum Patris Rectoris et visitavit Altare Maius cum Portatili, cui inest Legatum quattuor Missarum in hebdomada relictum, ut fuit assertum a Reverendo Patre Domino Maerendothaeo Barbari, quod satisfactum est a Reverendo Patre Rectore. Adsunt et alia Legata, ad quae tenetur adimpleri facere Societas Sanctissimi Sacramenti, ut videre est in polycea praesentata et posita sub littera N. Huius Ecclesiae Titularis est S. Felicitas cum septem eius filiis Martyribus ut praesefert icona Altaris Maioris. Relatum fuit hanc Ecclesiam fuisse consecratam ab Abelardo Sua Reverendissima Eminentia Comite et Episcopo Veronae die 3 Novembris 1207 eiusque dedicationis festum quotannis celebrari die Dominica infra octavam Omnium Sanctorum. Vidit Sacristiam, apparamenta, et Vasa Sacra; visitavit insuper Coemiterium. Deinceps in domo Parochiali sedit pro Tribunali una cum iam dicto Nobili et Reverendo Domino Canonico Vicario Visitationis suae et coram Sua Illustrissima et Reverendissima Dominatione comparuerunt Nobilis Dominus Marcus Bernardi deputatus [159] et Nobilis Dominus Theodosius Fumanelli nomine Nobilis Domini Comitis Antonii Ravignani alteri deputati contractae, qui interrogati de vita, moribus, servitio Ecclesiae, et exercitio curae Animarum tam Admodum Reverendi Domini Patris Rectoris, quam Reverendorum Sacerdotum et Clericorum huius Parochiae bene in omnibus et de omnibus retulerunt. Subinde venit Admodum Reverendus Pater Dominus Anselmus Bortoloni Monachus Cassinensis qui huius curae animarum exercet, cuius electionem et praesentationem spectare ad Revaeverendum Patrem Dominum Abbaem S. Nazarii, cum mandato postea Episcopali ad annum concessio die 19 Decembris 1759, et Successive confirmato. Item interrogatus de statu animarum huius Parochiae et nunc sit infra hos Parochianos aliquis inconfessus tempore Paschali, uxurarius, vel publicus peccator, respondit huic curae subesse animas a communione 450 in totum 600, et nonnullos esse, qui in hoc anno a Paschali communione defuerunt, eosque sibi promisisse quam primum Ecclesiae se obbedientes praestituros; caeterum nullum alium adesse publicum peccatorem. Interrogatus de vita, moribus et servitio Ecclesiae Sacerdotum et Clericorum, de his omnibus bene respondit. Demum ostendit Libros Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum et Mortuorum, omnes optime instructos. Successive venerunt infrascripti Reverendi Sacerdotes et Clerici sua respective mandata tam ad

ordines, quam ad curam exhibentes, nimirum Rev. D. Aloisius Panelli Sacerdos de hac Parochia, Cappellanus Cathedralis, aetatis annorum 43, coadiuvat in cura animarum Reverendum Patrem Dominum Rectorem cum mandato [160] Episcopali ad annum. Reverendus Pater Dominus Camillus Bascheni Sacerdos de hac aetatis annorum 48 inservit Parochiali Ecclesiae S. Georgii. Reverendus Pater Dominus Ignatius Calza Sacerdos de hac aetatis annorum 42 cum mandato ad annum pro cura S.S. Clementis et Blasii. Reverendus Pater Dominus Petrus Dal Bosco Sacerdos de hac aetatis annorum 25, Cappellanus Cathedralis cui inservit. Clericus Ioseph Fornalè de Marano incola huius contractae in Minoribus aetatis annorum 25 alias servitio Parochialis S. Silvestri huius Ecclesiae adscriptus. Clericus Ioannes Baptista Lonardi de Marano et pariter huius Parochiae incola in Minoribus constitutus aetatis annorum 22 a servitio Ecclesiae S. Benedicti ad huiusmodi translatus. Clericus Antonius Besacco de hac Parochia Accolytus Cathedralis aetatis annorum 16 in habitu tantum. Reverendus Pater Dominus Dominicus Roggi Sacerdos de S. Nazario aetatis annorum 24 Cappellanus Cathedralis, celebrat in hac omnibus diebus Festis pro Officiatura Righi, et habet eleemosynas ab Admodum Reverendo Patre Domino Rectore. Reverendus Pater Dominus Xaverius Geminiani Sacerdos de S. Nazario aetatis annorum 37 habet mandatum ad annum pro cura huiusce et celebrat in hac diebus Festis stype sibi tradita ab Admodum Reverendo Patre Domino Rectore. Reverendus Pater Dominus Ioseph Canova Sacerdos de S. Ioanne in Valle, aetatis annorum 27 cum mandato ad annum pro hac cura pro moribus et mulieribus infirmis tantum. [161] Reverendus Pater Dominus Ioannes Perini, Sacerdos de S. Nazario aetatis annorum 25, Cappellanus Cathedralis, sed celebrat in hac diebus Festis pro dicta Officiatura Righi, et accipit eleemosynam a praedicto Reverendo Patre Rectore. Demum comparuerunt Dominus Carolus Guarnieri Massarius et Illustrissimus Carolus Calza, Confrater supradictae Veronensis Confraternitatis Sanctissimi Sacramenti et praesentaverunt Libros eiusdem Societatis recte instructos, ex quibus apparent Legata, et Missarum obligationes, quas Societas habet prout in polycea pariter praesentata et reposita sub littera N iam adimpletas. Quibus habitis descendit in Ecclesiam ubi collecta invenit Scholam Doctrinae Christianae Puellarum et visitavit cathaloga Operariarum ac Discipularum auctos libros in quibus registrantur communioniones; postea per varias interrogationes hic habitas compertus habuit ipsas puellas bene edoctas esse in Doctrina Christi, unde maxima et insolita proemia eis distribuit et ut acceperit, huius Scholae discipulas non participare bono cum gradu Piis Operis Generalis Doctrinae Christianae. Quibus habitis, descendit in Ecclesiam ubi collecta invenit scholam Doctrinae Christianae puellarum et invenit Cathagos operariarum ac discipularum libros in quibus registrantur communioniones; postea per varias interrogationes hic compertas habuit ipsas puellas bene edoctas esse in doctrina Christi, unde maxima et insolita proemia eis distribuit et ut acceperit, huius scholae discipulas non participare de gradu Piis Operis Generalis Doctrinae Christianae, ex quo, iuxta regulas, in hac Ecclesia schola haec instituta non fuit, nec gubernata a Confraternitatibus alicuius scholae discipulorum. Scholam hanc tamquam canonice erectam habendam esse decrevit, sibi reservans illas submittere directioni et gubernio alicuius ex scholis Veronensibus, ut de gratiis puellae participes fieri possint, et ita annuatim. Post haec oravit pro defunctis et ad Palatium suum Episcopale prandium sumpturus pedestes pariter se se restituit, et ita. [162] **Dominica 28 Mensis Iunii 1761 recurrente Dominica septima post Pentecostes.** Praelibatus, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Comes Veronensis Baculatus, idem saepe nominato Nobili et Reverendo Domino Canonico Visitationis Vicario, me Nicolao Bovio Presbytero Cancellario et Reverendis Sacerdotibus familiaribus suis visitandam Parochialem Ecclesiam S. Vitalis et Sepulcri [A margine S.S. Vitale e Sepolcro] huius civitatis iurisdictionis hic solemniter Sacrae Religionis Hierosolymitanae nocte mane hora circiter tertiarum, quadriga sua vectus ad ea accessit. Ut pervenit ad limen contractae a Rheda descensus, summo honore, ac reverentia habitis prius a Nobilibus Dominis Comitibus Thoma Moscardo Sindico ac Marco Carolo Negrelli Deputato nomine ex parte eiusdem contractae, venerationis et obsequiis testimoniis sub Baldachino gestato a Nobilibus Dominis Comitibus Ioanne Baptista

Allegri et Ioanne Baptista Negroboni, Mario ac Ferdinando de Bonjovannis, Aloisio Cattarinetti ac Marco Antonio Rosa Morando, receptus super tapete, ac pulvinari stratis genuflexus crucem porrectam sibi a Domino Reverendo Domino Ioanne Baptista Zanoni Curato, deosculatus est. Mox praecedente Clero cum Cruce et cantoribus solita canentibus inter musicalium instrumentorum concertum, conscendit ad Ecclesiam praedictam profectus est. In limine Portae Maioris eiusdem Ecclesiae sistens super tapete itidem parato, aspensorio de manu praefati Reverendi Curati recepto, aqua benedicta se et populum adstantem signavit. Deinde, thurificationis honore de manu dicti Curati pariter habito, Ecclesiam ipsam [163] solemmniter Ingressus est, ubi ante Altare Maius, faldistorio prostratus, breves Deo Apostolicas preces fudit. Interim, cantatis decantandis, idem altare ascendens, eoque in medio deosculato, et solita oratione Titulari recitata, populo solemmniter benedicto, fecit publicari indulgentias plenarias, a Brevi Apostolico Ecclesiae in actu huiusmodi suae Pastoralis Visitationis visitantibus concessas. Subinde ad Thronum sibi in cornu Evangelii Altaris Maioris paratum venit, ubi ad osculum manus dicto Curato, aliisque huius Ecclesiae Sacerdotibus et Clericis admissis, Pontificalia apparamenta induit, et inservientibus sibi in dalmaticis Admodum Dominis Iacobo Soave Archipresbytero S. Ioannis in Fonte et Iosepho Bonvicini Archipresbytero S. Ioannis ad Forum, exequias pro defunctis tam in Ecclesia, quam in proximo coemeterio rite persolvit. Post haec visitavit Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in Pixide argentea intus inaurata in Tabernaculo marmoreo, in medio Altaris Maioris situm, sub duabus seris et clavibus tute custoditum. Habuit ex factis interrogationibus Illustrissimus hoc Sacramentum temporibus debitis renovari, signa dari in sera cum mane ad infirmos sit deferendum, indulgentias Associantibus concessas publicari; schedas communicatis tempore Paschali distribui et colligi; lampadem iugiter accensam ardere sumptibus huius veronensis commendae et Reverendum curatum diebus Festis de praecepto Missam offerre pro populo. Postea Sacramenti benedictione populo rite impertita et ipso [164] Sacramento reposito intus Tabernaculo, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Antistes Sacerdotalia sumptis apparamenta, et inservientibus sibi in dalmaticis Admodum Reverendis Dominis Archipresbyteris S. Ioannis in Fonte et S. Ioannis ad Forum Sacrosantum Missae Sacrificium celebravit, et in eo quinque Clericos et trecentos sex utriusque sexus Christifideles Eucharistico Pane cibavit. Interea Illustrissimo et Reverendissimo Praesule celebrante, Nobilis et Reverendissimus Canonicus Visitationis Vicarius de mandato Suae Illustrissimae et Reverendissimae prius se contulit ad visitandam Simplicem Ecclesiam Sancti Sepulchri vulgo Sanctae Tuscanae quae membrum est Ecclesiae S. Vitalis. **[A margine S. Toscana]** Ubi perventus ad Portam Ecclesiae reverenter fuit receptus a Reverendo Georgio Maccaccari, eiusdem Cappellano qui ei tradito aspensorio ut quo aqua lustrali se signavit, ac populum aspexit et post parvam orationem in genuflexorio sibi parato peractam, visitavit Sacramentum Eucharistiae in Pixide argentea tantum in cupa, intus inaurata, in pede vero cuprea, quod Sacramentum servatur in Tabernaculo marmoreo in medio Altaris Maioris sito; lampadem ante ipsum Sacramentum accensam manutenent eleemosinae piorum. Tabernaculum duobus ostiolis seris et clavibus tute munitum et panno serico albo intus fulcito existit. Visitavit idem Altare Maius in marmoribus collustratis constructum cum Portatili. Vidit etiam Ostensorium argenteum inserviens ad expositionem [165] Sanctissimi Sacramenti. In hac Ecclesia adest Societas canonice erecta ut fuit assertum, ad Altare S. Ioannis Baptistae cuius Confratres induunt vestem albam cum cappa rubea, et iuxta erectionis Capitula, supra dictum fuit ab eis observari, diebus Festis in superiori Oratorio ad orandum conveniunt. Legata quae habet dicta Confraternitas relatum fuit adimpleri a Reverendo Domine Ioanne Baptista Briano eiusdem Cappellano Societatis. Visitavit Confessionale existens tam in hac, quam in proxima Ecclesia nuncupata "Ospitale di S.Toscana". Quibus peractis, idem Nobilis et Reverendus Dominus Canonicus Vicarius visitavit insuper iuxta privata Oratoria infra limites Parochialis S. Vitalis, scilicet Oratorium prius in aedibus Nobilium Dominorum Comitum Ioannis Baptistae et Antonii fratrum de Allegris, et subinde aliud in aedibus Nobiliorum Dominorum Comitum Ludovici

Patris et Thomae nepotis de Moscardis, quod canonice erecta, ex de omnibus necessariis decenter Illustrissimus Dominus, abundanterque provisa reperit, nec non ab omnibus domesticis usibus libera. Cum Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Missam peragisset et, gratias Deo Omnipotenti et Misericordi egisset, in cubiculum venit Domus Parochialis, ubi humanissime a Nobili Domino Comite Hieronymo a Puteo uti Procuratore Excellentissimi Domini Francisci Petri Marchionis Guadagni de Florentia, Equitis Hyerosolimitani huius Ecclesiae S. Vitalis Commendatoris, fuit receptus. [166] Hinc posteaquam parvo temporis intervallo defatigatas suas vires instauravit in Ecclesiam venit. Et praecedente Clero cum Cruce Parochiali ac Reverendo Domino Ioanne Baptista Zaroni Curato stolam super brachium sinistrum, gestante ordine processionis servato ad visitandam Simplicem Ecclesiam, seu publicum Oratorium S. Mariae ad Nives vulgo “La Disciplina” infra limites huius Parochiae existens se contulit, in qua perantiqua Nobilis existit Confraternitas S. Mariae de Iustitia Vocata, cum Ecclesia proximus factus esset, [A margine La Disciplina] ei praesto fuerunt Nobiles Domini Petrus Fracanzani, Comes Sebastianus Murari, Angelus Maffei, Comes Dionysius a Lisca, Nobilis Dominus Antonius Lavagnolus, Nobilis Dominus Franciscus Parma et Nobilis Dominus Franciscus Sagramosio nec non Dominus Antonius Squerzago eiusdem Confraternitatis Cancellarius, a quibus venerationis et obsequiis habuit testimonia. In ingressu Ecclesiae invenit Admodum Reverendum Dominum Antonium Bernardi primum Cappellanum pluviali indutum, de cuius manu accepit aspergillum iuxta id quod responsum fuit a Sacra Congregatione prout est in formulario legali practico Francisci Monacelli par. II^a Tit. 13^o, par. 16 quamvis id Reverendus dictae Congregationis extulerit et aqua benedicta se populumque signavit. Deinde Ingressus Ecclesiam ipsam cum Clero et Reverendo Curato praedicto ante Altare Maius super faldistorium genuflexus brevique facta oratione, visitavit infrascripta Altaria, nempe Altare Maius marmoreum cum Portatili, cui nulla inest [167] obligatio Missarum, et in eo quotidie celebrat Reverendus Antonius Bernardi Cappellanus, stype sibi tradita a Nobilibus Dominis Confratribus ducatorum centum, et quinque in anno de grossis triginta uno pro quoque. Altare decollationis Sancti Ioannis Baptistae ex marmoribus collustratis cum Portatili, nulla in hoc pariter adest obligatio Missarum. Altare Sanctissimi Crucifixi ex marmore habens Portatile, cui nonnulla adsunt Legata Missarum, ut in polycea reposita sub littera O. Altare Sanctorum Ioannis Baptistae et Dominici pariter marmoreum cum Portatili. Altare Sanctissimae Annunciationis Beatae Mariae Virginis ex marmoribus fabrefactum cum Portatili, cui relictas fuerunt Legatas Missarum, ut videre est in antedicta polycea, quae iam adimplentur. Vidit Cantorias et organum, totamque inspexit Ecclesiam, qua est elegantis structurae ac perpulite ornata, manutinetur in omnibus a Nobilibus Dominis Confratribus. Intravit postea in Oratorium existens retro Altare Maius, optime et magnifice fabrefactum, in quo Nobiles Confratres ad orandum conveniunt. Hic visitavit unicum Altare marmoreum cum Portatili habens per iconam imaginem Sanctissimi Crucifixi ex marmore carrariensi sculptam, cui ut fuit assertum nulla est obligatio Missarum. Successive visitavit sacram reliquiam, scilicet particulam ex velo Beatae Mariae Virginis, sigillo et litteris Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Francisci de Vico [168] Episcopi Eleusiini datis Romae die 14 Septembris 1733 munitam et recognitam in hac Curia Episcopali die 2 Martii 1751. Alteram vidit reliquiam ex cranio S. Ioannis Baptistae praesentem in reliquiario servatam, quam cum nullum de ea constet authenticum documentum, in sua veneratione reliquit. Visitavit Sacristiam, omnesque Sacras suppellectiles, calices ac patenas, omnia rite instructa et descripta sunt in polycea, ut ante praesentata et in fine registrata sub littera O. Vidit coemeterium, aut sepulcrum in quo tumulantur cadavera reorum suppliciiis a publica iustitia damnatorum. **Ordinata.** Renoventur pagella pro Tabellis Altaris Maioris. His peractis, et receptis ab antenominatis Nobilibus Dominis Confratribus gratiarum actionum testimoniis praecedente Clero, et servato ordine praedicto ad Parochialem S. Vitalis redivit, ubi in suo Throno sistens sumpsit stolam super Rochetum et, cum Mitra centum et tredecim utriusque sexus Christifideles Sacrum Chrismate perunxit. Postea visitavit Fotem Baptismalem, quam, iuxta mandata ab ultima visitatione ordinata,

in duas partes divisam invenit ac cancellis ferreis circumseptam cum ciborio in vase firmato, ita ut amoveri non possit, nisi quando aqua erit renovanda, idemque decenti conopeo coopertum. [169] Visitavit pariter Olea Sancta in suis Vasibus partim argenteis et partim stanneis rite collocata, et custodita intus armariolum a parte Evangelii Altaris Maioris in muro situm pannoque violacei coloris intus vestitum et ostiolo tuto cum sera, et clavi munitum. Visitavit insuper infra dicta Altaria. Vidit Altare Maius marmoreum cum Portatili et cum Tabernaculo in quo ut supra servatur Sanctissimum Sacramentum. Altare S. Metronis cum Portatili pariter ex marmore de iure patronatu Nobilium Dominorum Comitum Ioannis Baptistae et Antonii fratrum de Allegris a quibus de omnibus manutenetur et ad hoc celebrare faciunt centum et octo Missas in anno. Super hoc Altare observavit arcam marmoream, in qua quiescunt Sacra Ossa S. Metronis Confessoris quattuor clavibus munitam, quarum duae apud Admodum Reverendum Curatum, alterae duae apud Nobiles Dominos Comites patronos servantur, ut assertum fuit. Altare hoc est privilegiatum per Breve Apostolicum Sanctissimi Nostri Papae Pontificis Benedicti XIV datum Romae die 11 Augusti 1749 pro animabus defunctorum Nobilis Familiae de Allegris, patronorum, visum in Cancelleria Episcopali Nostra die 18 Septembris 1789. Altare S. Bartholomaei de ratione artis Caliarorum ex marmoribus collustratis cum Portatili. Celebratur in eo omnibus Festis ex devotione Artis praedictae. Hic visitavit sequentes reliquias, nimirum [170] particulam ex sacris ossibus S. Bartholomaei Apostoli in theca argentea formae ovalis sigillo et patentibus Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Ioannis Bragadeni nunc Veronae Episcopi, data ex hac cancelleria Episcopali die 30 Octobris 1756 munitam. Ex sacris ossibus S. Rocchi Confessoris intus aliam thecam ovatam argenteam sigillo et litteris ut supra. Vidit etiam Ostensorium argenteum, in quo in praecitis thecis dicta sacra reliquia collocata publicae Christifidelium venerationi servato debito decore exponi solent. Altare Assumptionis Beatae Mariae Virginis de iure patronatu Nobilis Familiae de Curtivis (dal Cortivo), cui adest titulum perpetuum sub eadem invocatione; cuius electio et praesentatio pertinet ad spectabile Collegium Dominorum Notariorum huius civitatis. Praesens Cappellanus est Admodum Reverendus Pater Dominus Laurentius Curtivus a ducto spectabili Collegio praesentatus, atque institutus et confirmatus per litteras Curiae Episcopalis diei 29 Septembris 1732. Adest aliud titulum perpetuum in hac Ecclesia sub invocatione Nativitatis Beatae Mariae Virginis; praesens Cappellanus est Admodum Reverendus Pater Dominus Petrus Gasparini praesentatus ab Admodum Reverendo Patre Domino Ioanne Baptista Guerra, huius Parochiae Curato et institutus cum litteris Curiae Episcopalis diei 9 Maii 1742. Habet onus celebrandi ad dictum Altare omnibus diebus Dominicis et adimplet. Visitavit etiam Confessionale Reverendi Curati; vidit suggestum et visitavit Coemiterium. [171] Post haec in quodam cubiculo Domus Parochialis iam ad id ornato sedit pro Tribunali et coram Sua Reverendissima et Illustrissima Dominatione comparuerunt Nobiles Domini Comites Thomas Moscardo Syndicus et Franciscus Carolus Negrelli, deputatus contractae, qui interrogati de vita, moribus, servitio Ecclesiae, ac exercitio Curae animarum Reverendi Curati, optime in omnibus de eo retulerunt, et Successive interrogati de vita et moribus Sacerdotum et Clericorum sub hac Parochia degentium bene quidem de his responderunt. Deinde venit Reverendus Dominus Ioannes Baptista Zanoni, Confrater religionis Hierosolymitanae et huius Ecclesiae Curatus, qui interrogatus de vita, moribus et servitio Ecclesiae Sacerdotum pariter et Clericorum, de statu Animarum huius Parochiae et an adsit aliquis inconfessus vel publicus peccator respondit Sacerdotes et Clericos bene ac religiose vivere, et Ecclesiae diligenter inservire; huic Curae subesse animas a communione 1500 in totum 2032 et neminem, Deo favente, iuxta eas reperiri inobedientem praecepto Ecclesiae nec publicum peccatorem. Postea ostendit Libros Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum et Mortuorum bene instructos. Insuper praesentavit mandatum sibi relaxatum ab hac Curia Episcopali sub die 17 Novembris 1758 pro hac cura exercends, attentis patentibus litteris electionis sui prout ipsius, [172] prout in actis huius Curiae quibus quod mandatum cum Sua Dominatio Illustrissima et Reverendissima vidisset et considerasset, approbavit et confirmavit, ac eidem Reverendo Curato exhibenti restituit. Venerunt

subinde infrascripti Sacerdotes scilicet: Nobilis et Reverendus Pater Dominus Laurentius Cortivo Sacerdos Veronensis aetatis annorum 77, Cappellanus Altaris Assumptionis Beatae Mariae Virginis ut dictum est, inhabitat sub Parochia S.S. Nazarii et Coelsi, et inservit huic adimplendo onera dictae Cappellaniae. Reverendus Pater Dominus Laurentius Ferrari, huius Ecclesiae Vice Curatus, aetatis annorum 37, cum mandato Episcopali ad annum pro hac cura. Reverendus Pater Dominus Ioannes Baptista Balestra Sacerdos de hac Parochia, aetatis annorum 42, habet mandatum ad annum pro Cura huius Ecclesiae. Reverendus Pater Dominus Marcus Scandola, aetatis annorum 36, inservit huic Ecclesiae cum mandato pro Cura ad annum. Reverendus Pater Dominus Felix Bombarda aetatis annorum 42 inservit huic Ecclesiae. Nobilis et Reverendus Pater Dominus Leonardus Bongiovanni Sacerdos de hac aetatis annorum 39 cum mandato ad annum pro hac cura. Nobilis et Reverendus Pater Dominus Paulus de Prato Sacerdos de hac aetatis annorum 39 cum mandato ad annum pro hac Cura. Reverendus Pater Dominus Ignatius Soldini Sacerdos de hac aetatis annorum 32 cui inservit. Reverendus Pater Dominus Gaspar Cavazzani Sacerdos de hac aetatis annorum 37 inservit huic Ecclesiae. Reverendus Pater Dominus Ioannes Maria Sancti aetatis annorum 34 cum mandato ad annum pro cura huius Ecclesiae. [173] Reverendus Pater Dominus Ioannes Baptista Ronconi, aetatis annorum 40, inservit huic Ecclesiae. Reverendus Pater Dominus Dominicus Presis, aetatis annorum 69, cum mandato pro cura ad annum et inservit huic. Reverendus Pater Dominus Hieronymus Melotti, Sacerdos de hac Parochia, aetatis annorum 57. Reverendus Pater Dominus Ioannes Guerrini Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 53 habet mandatum ad annum pro cura huius. Reverendus Pater Dominus Ioseph Stanchina Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 41 celebrat in privato Oratorio Nobilium Dominorum Comitum de Allegris; hic vocatus non comparuit unde Illustrissimus ert Reverendissimus Episcopus mandavit ipsum se sistere debere quamprimum ante Suam Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem. Reverendus Pater Dominus Alexander Borsati Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 68. Nobilis et Reverendus Dominus Pater Comes Scipio Negrelli Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 35. Nobilis et Reverendus Pater Dominus Comes Thomas Negrelli de hac Parochia aetatis annorum 34. Reverendus Pater Dominus Nicolaus Baltieri, Sacerdos de S. Thoma, aetatis annorum 42, cum mandato ad annum pro hac Cura. Reverendus Pater Dominus Ioseph Salaorni, Sacerdos de S. Paulo de Campo Martio, aetatis annorum 25 inservit huic Ecclesiae. Reverendus Pater Dominus Georgius Maccaccari, Sacerdos de S. Paulo de Campo Martio aetatis annorum 86, habet mandatum pro cura ad annum. Reverendus Pater Dominus Aloysius Vanini, Sacerdos de S. Maria Arcis Maioris, aetatis annorum 24, inservit huic. Reverendus Pater Dominus Laurentius Schiavazzi, Sacerdos de S.S. Firmo et Rustico, aetatis annorum 61, inservit huic. [174] Reverendus Pater Dominus Adam Tomasi, Sacerdos de S. Firmo de Braida, habet mandatum pro cura huius, est Cappellanus de S. Maria a Iustitia et vocatus non comparuit, aetatis annorum 41. Reverendus Pater Dominus Antonius Bernardi, Sacerdos de S. Ioanne in Fonte, aetatis annorum 52 circiter, habet mandatum ad curam animarum, et est Cappellanus primus S. Mariae a Iustitia, qui pariter vocatus non comparuit. Reverendus Pater Dominus Petrus Bellorio, Sacerdos de S. Maria Arcis Maioris, aetatis annorum 26, inservit huic Ecclesiae. Reverendus Pater Dominus Gaspar Castagna, Sacerdos dolmiciatus huius Parochiae, aetatis annorum 24, habet mandatum ad curam S. Mariae ad Clavicam ad annum cui inservit. Reverendus Pater Dominus Matheus Scandola, Sacerdos, aetatis annorum 43, cum mandato pro cura Ecclesiae Parochialis SS. Apostolorum ad annum, cui inservit. Reverendus Pater Dominus Antonius Tremoloni de hac Parochia fuit dispensatus ex quo pro eius aetate provecta iam se praesentavit occasione visitationis Ecclesiae S. Bernardini. Reverendus Pater Dominus Daniel Meneghetti, aetatis annorum 30, habitat sub hac, inservit Ecclesiae S. Pauli de Campo Martio. Reverendus Pater Dominus Petrus Paulus Muselli, Sacerdos de hac, aetatis annorum 36 circiter, non comparuit unde mandavit ipsum se conferire debere in Palatio Episcopali. Reverendus Pater Dominus Gabriel Garbo, Iuris Utriusque Doctor, Sacerdos de hac, aetatis annorum 80, et fuit dispensatus.

[175] Reverendus Pater Dominus Natanael Lughezzani, Sacerdos de Erbetio huius dioecesis, incola huius Parochiae, aetatis annorum 26, non comparuit et pariter mandavit se praesentare debere in altero die. Reverendus Pater Dominus Bartholomaeus Morandini, Sacerdos de Erbetio praedicto, habitat sub hac Parochia, aetatis annorum 26 inservit Parochiali S. Ceciliae. Reverendus Pater Dominus Iacobus Carli, Sacerdos huius Parochiae inserviens Ecclesiae S. Lucae, aetatis annorum 43. Reverendus Pater Dominus Hieronymus Ferracini, Sacerdos de hac Parochia, aetatis annorum 32, Cappellanus Cathedralis. Reverendus Pater Dominus Christophorus Ferrari non comparuit. Reverendus Pater Dominus Horatius Bennassù, Sacerdos de S. Petro Incarnario, aetatis annorum 35, inhabitat sub hac Parochia et inservit Ecclesiae S. Mariae de Paradiso et inservit Reverendis Patribus Ordinis S. Benedicti. Reverendus Pater Dominus Bartholomaeus Meola, habitat sub hac Parochia et inservit Ecclesiae praedictae S. Mariae de Paradiso, aetatis annorum 26. Reverendus Pater Dominus Iacobus Pontalti, Sacerdos de hac Parochia, aetatis annorum 58, cum mandato pro cura S. Mariae Arcis Maioris ad annum cui inservit. Veronensis Clericus Hieronymus Carli, SubDiaconus, incola huius Parochiae, cui inservit, aetatis annorum 23. Clericus Dominicus Corradini, in habitu tantum, de hac Parochia, cui inservit, aetatis annorum 21. Reverendus Pater Dominus Petrus Zamparini, Sacerdos Cappellanus de S.S. Nazario et Coelso, aetatis annorum 60, Rector Cappellanus Nativitatis Beatae Mariae Virginis in hac Ecclesiae. [176] Reverendus Pater Dominus Ioannes Baptista Sabaini, Sacerdos de Cisano huius dioecesis, aetatis annorum 24, inhabitat sub hac cui inservit. Clericus Antonius Visco, in tonsura, aetatis annorum 22, habitat in hac Parochia, inserviebat Ecclesiae S. Laurentii et adscriptus fuit servitio huius Ecclesiae. Clericus Caietanus Sacco, de hac Parochia, in habitu tantum, aetatis annorum 21, non comparuit attenta egritudine, qua ut fuit assertum et comparuere debebit et adscriptus utique fuit exercitio huius Ecclesiae. Clericus Franciscus Antonius Echeli de Pilcante huius dioecesis et incola studiorum causa huius Parochiae, Lector aetatis annorum 19, adscriptus Ecclesiae Parochiali S. Laurentii huic translatus est. Clericus Ioannes Annechini, Diaconus Veronensis, aetatis annorum 23, habitat sub hac et inservit Parochiali S. Mariae in Organis. Clericus Nicolaus Zamboni de Tretiolano in tonsura huius dioecesis, incola huius Parochiae cuius servitio adscriptus est, licet prius inserviret Parochiali Sanctissimorum Apostolorum. Clericus Petrus Antonius Centurioni in Minoribus constitutus, de hac Parochia, aetatis annorum 19, Accolitus Cathedralis. Successive comparuerunt Dominus Franciscus Nichesola parte et nomine Patris Domini Francisci Alessi Prioris, et Carolus Salgarelli Massarius Societatis Sanctissimi Sacramenti, iampridem in hac Ecclesia canonice erecta et exhibita inveniet, prout in [177] fine litterae O suppellectilium inservientium ad Associandum Sanctissimum Sacramentum ad infirmos, quae ab ipsa Societate manutinentur, ut etiam intorticia, interrogati fuerunt an dicta Societas habet Legata Missarum, et an ipsa adimpleantur. Respondit Societatem habere onus aliquas Missas celebrare vel celerari facere ex arbitrio Patris Prioris et aliorum gubernatorum pro tempore existentium dictae Societatis, ex Legato cuiusdam Clarae Stellae Borghi ducatos triginta, prout ex eius Testamento rogato in actis Domini Francisci Astolfi Notarii sub die proximo Februarii 1655 et ut latius in polycea reposita in fine sub praesentata littera O. Insuper ipsa Societas et patrones nexi sunt solvere 43 solidos octo denarios ex Legato cuiusdam Nobilis Doraliciae Bevilacuae Lazise Fontanella cum onere manutinenti intorticia pro Associando Sanctissimo Sacramento infirmis, quod afflictum nostrum 43 solidos et octo denarios nunc exigitur a Nobilibus Domino Carolo et fratribus Azzini, hoc apparet ex Testamento antedictae cuiusdam Dominae Doraliciae Bevilacuae rogato in actis Domini Ferro Notarii die 11 Aprilis 1708 et ut in polycea in fine huius. Aliud onus apparet habere Societatem haec, manutinenti cereos sex pro Altare Maiore per annum pro quo exigit annuatim ducatos sex a Nobili Domino Colmite Antonio Giusti uti haerede cuiusdam Nobilis Domini Ioannis Baptistae et uti Possessore capitalis ducatorum 200 a quodam Francisco Longo relictorum cum Testamento 11 Octobris 1676 in actis Domini Angeli Scolari Notarii, ut ex Testamento 21 Martii 1718 in actis Domini Zenonis Bertoni Notarii et ut latius in iam dicta polycea in fine posita sul littera O.[178] Subinde venerunt

Nobilis Dominus Comes Thomas Moscardo parte, et nomine Nobilis Domini Comitis Ludovici et eius Patris Protectoris, Dominus Pater Iacobus Masorgo et Petrus Marconcinus visitatores; Domini Antonius Papa, Prior et Carolus Salgarelli Vice Prior Scholae Doctrinae Christianae qui Dominationi Suae Illustrissimae et Reverendissimae praesentaverunt Cathaga et libros eiusdem scholae, quos visitavit. Post haec Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Associatus a praedicto Nobili Domino Comite Protectore et a Domino Priore et a Vice Priore in Ecclesia redivit, ibique collecta inventa schola copiosa discipulorum per varias interrogationes expertus est, de scientia et cognitione discipulorum ipsorum et an Doctrinae Christianae circa mysteria fidei, et alia ad aeternam salutem scitu necessaria, super quibus eis optime inventis instructis multa praemia propriis suis manibus distribuit. Quo finito, praecedente Clero et Revedrendo Curato huius Ecclesiae Parochialis, cum sua stola super brachium et a suprascriptis Domino Protectore, Dominis Priore et Vice Priore prosecutus, se contulit ad visitandam aliam scholam puellarum Doctrinae Christianae qua in dicta Ecclesia S. Mariae ad Nives fieri solet. Perventus ad Portam Ecclesiae, accepto aspersorio de manu Reverendi Curati praedicti aqua benedicta se, populumque aspersit, et coacta ibi cum iam esset Schola ipsa discipularum Doctrinae Christianae, visis prius et visitatis cCathagis ac libris eiusdem scholae quamplurima ex puellis interrogavit, easque optime instructas cum reperiisset praemia pariter eis elargitus est. Demum ad Parochialem reversus pro defunctis oravit et pastorem [179] suam huius Ecclesiae visitationem clausit, acceptisque a Nobilibus Dominis Sindico ac Deputatis Contractae, nec non a Reverendo Curato, venerationis et gratiis animi testimoniis, Rhedam conscendit et cum suo comitatu ad Palatium Episcopale suum prandium sumpturus redivit, et ita.

Die Dominica proxima Adventus 29 Novembris 1762. Continuando praefatus Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Veronensis Comes, suam primam Ecclesiarum civitatis Veronae generalem visitationem, accitis secum Nobili et Reverendissimo Domino Canonico Vicario Suae Visitationis, ut ante deputato, meque Nicolao Bovio praesbytero cancellario suo, suisque Sacerdotibus familiaribus et reliquo suo comitatu, per quadrigas suas ad Parochialem Ecclesiam visitandam Sanctissimi Nazarii et Coelsi ad Reverendissimos Dominos Monachorum Cassinensium iter direxit. Ad confinia contractae publicae, apparatu ornata, sub arcu ibidem erecto, tapete et pulvinari stratis, Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Antistes quadriga [A margine S.S. Nazaro e Celso] relicta, a Nobili Domino Comite Sebastiano Murari Sindico et a Dominis Petro Libanti et Ioanne Baptista Bettamelo Deputatis eiusdem contractae, venerationis, et summae reverentiae signa accepit, quibus benigne humaniterque respondit. Postea sub Baldachino gestato a Nobilibus Dominis Comitibus Francisco patre et Andrea filio, Fratribus Erbisti, Iosepho Imperiali et Petro Greco reverenter receptus, super tapete, et pulvino ut supra paratis genuflexus Crucem sibi ab Admodum Reverendo Patre Domino Andrea Memo Monacho Cassinensi Parochiae curato porrectam est, veneratus et deosculatus est. Subinde praecedente Clero cum Cruce [180] et cantoribus solita canentibus, multis interea tormentis bellicis (*si tratta in questo contesto di fuochi artificiali*) super vicinum montem explosis ad Ecclesiam praedictam S. Nazarii et Coelsi profectus est. In limine Portae Ecclesiae praesto fuerunt Admodum Reverendus Dominus Pater Prior cum aliis Admodum Reverendissimi Patres huius Monasterii Dominationi Suae Illustrissimae et Reverendissimae obsequium et venerationem praebentes; quibus humanissimum responsum dederit super tapete sibi parato; aspergillum de manu praedicti Admodum Reverendi Patris Curati accipit et lustrali aqua se populumque plurimum adstantem signavit, thurificationis honore habito de manu pariter Admodum Reverendi Patris Curati in Ecclesiam organo resonantem solemniter Ingressus est. Ante Altare, ubi Sanctissimum Sacramentum servatur in faldistorio genuflexus breviter oravit; postea ad Altare Maius venit, ubi pariter genuflexus, decantatis interim solitis antiphonis, Altare ipsum conscendit, et recitata Sanctissimorum Titularium oratione, de medio ipsiusmet Altaris populum solemniter benedixit. Post haec ad Thronum in media navi ex parte Evangelii Maioris Altaris erectum, venit, et in eo sedens Reverendum Patrem Dominum Curatum, Sacerdotes et

Clericos huius Parochiae ad osculum manus admisit. Subinde sumptis apparamentis Pontificalibus, adsistentibus sibi in Dalmaticis Reverendo Domino Patre Nicolao Pisetta Achipresbytero S.S. Faustini et Giovitae ac Admodum Reverendo Rectore S. Margaritae Domino Dominico Franzosi, e Throno pastoralis sermone populum hortatus est ad paenitentiam, ut ex spirituali et pastoralis visitatione omnes fructus percipiant [181] cui benedictio iuxta Pontificale Romanum impertita est, Indulgentiam Plenariam in diebus huiusmodi visitationis hanc Ecclesiam visitantibus, per Breve Apostolicum concessam publicari fecit. His peractis exequias pro defunctis tam in Ecclesia quam in Coemiterio rite persolvit. Postea visitavit Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum quod servatur in Pixide argentea auro ab intra linita est in Tabernaculo marmoreo duplici ostiolo, et clavi tute munitum in medio Altaris sub titulo seu invocatione Sanctissimi Corporis Christi, ubi adest Confraternitas sub eodem titulo canonico instituta. Ex interrogationibus factis, perspectum habuit hoc Sanctissimum Sacramentum temporibus debitis renovari; schedas communicatis tempore Paschali distribui, deinde colligi, signa dari in sera cum de mane ad infirmos est deferendum et indulgentiam pro Associantibus concessam publicari; lampadem ante Sacramentum iugiter ardere sumptibus Monasterii. Hymno cantato, thurificatione parata, ceterisque de ritu servatis, Sacramenti Benedictionem populo impertitus est, repositoque Sacramento in Tabernaculo ad Thronum suum rediit assumptisque Sacerdotalibus apparamentis Sacrosanctum Missae Sacrificium peregit. Quo peracto, depositisque paramentis utentis et gratiis Deo actis, sumpsit stolam super Rochetum ac pluviale, accensis intorticiis (*candele ritorte a spirale*) quadringenti quadraginta quattuor Christifideles utriusque sexus pariter sex Clericos Eucharistica Communionem refecit. [182] Successive ducentos viginti octo Sacro Chrismate in fronte perunxit, interim dum signa darentur ad scholam Doctrinae Christianae, in hac Ecclesia haberi solitam congregationem, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Praesul in locum prope Ecclesiam, Capitulum nuncupatum in quo Confratres Societatis Sanctissimi Sacramenti, S. Blasii, ac Scholae Doctrinae Christianae de licentia Reverendi Patris Abbatis convenire solent, ad id apte parato venit et coram Sua Illustrissima et Reverendissima Dominatione ibi sedente comparuerunt Dominus Ioannes Baptista Zanchi visitator, praenominato excusato visitatore Domino Andrea Fantini propter eius provectam aetatem, ac Dominus Franciscus Corradi Prior de hac Schola, qui praesentaverunt Cathaga, et libros, in quibus registrantur frequentiae, ac communioniones operariorum, documentos quos observavit bene tentos. Schola congregata discipulisque ad suas classes distributis iterum in Ecclesiam intravit, et varias interrogationes summa benignitate faciendo circa mysteria fidei et ad Dominum Christi spectantia non sine magna animi sui consolatione periculum fuit, hoc sanctum opus suum fieri et exerceri diligentia, pietate ac zelo in hac Ecclesia fieri et exerceri, qua propter hic illud, discipulis interrogatis, quamplurima praemia distribuit; etiam cum advesperasset, Rhedam conscendit et, crastino die ad reliquia huius suae Visitationis peragenda, redditurus ad Palatium Suum Episcopale, ut prandium sumeret, reversus est et ita. **Die Lunae 30 Mensis Novembris 1762, festo S. Andreae Apostoli.**[183] Prosecuturus Pastoralem Suam Visitationem Parochialis Ecclesiae S.S. Nazarii et Coelsi huius civitatis, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Antistes ut heri Associatus ad Domum Parochialem reversus est. Ad portam atrii ante Ecclesiam perventus, redha descendit, et ab antedictis Domino Domino Sindico et deputatis acceptus ad portam Ecclesiae ivit, ubi denuo ab Admodum Reverendis Monachis una cum clero ibi collecto deveneratus aspergillum ab Admodum Rev. P. curato porrectum accepit quo se et populum aspersit. Ingressus in Ecclesiam ante Sanctissimum Sacramentum oravit et, recitatis orationibus praeparatoriis ad Missam faciendam venit ad Thronum sibi ut heri paratum, ubi sumptibus Sacerdotalibus indumentis, inservientibus sibi in dalmaticis Admodum Reverendis Patribus Nicolao Pisetta Rectore Ecclesiae S.S. Faustini et Giovitae ac Dominico Franzosi Rectore S. Margaritae, Missam devote celebravit. Qua expleta, apparamentis depositis, gratias Deo egit, et accepta stola super Rochetum, et pluviale tercentum circiter christifideles angelorum panem cibavit; et sexaginta duobus Sacramentum

Confirmationis administravit. His peractis visitavit Baptismalem Fontem, Olea Sancta et Sacrum. Postea visitavit Altare, in cuius medio extat Tabernaculum, in quo rite asservatur Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum; quod Altare consecratum est ut assertum fuit et revera non habet Portatile. De marmoribus collustratis est constructum et habet iconam manuteneatur a [184] Veronensi Confraternitate Sanctissimi Sacramenti, a qua de cereis occasione solemnitatum et communionis infirmorum provideantur et suppellectiles manuteneantur et intorticia ad Associandum ipsum Sacramentum infirmis. Haec Societas habet Legata ut in polycea in fine huius posita sub littera P quae assertum fuit adimpleri. Vidit ipsas suppellectiles quas optime paratas observavit quaeque descriptae sunt in dicta polycea. Visitavit Confessionale Reverendi Domini Patris Curati, coemeterium rite clausum. His factis venit in locum Capituli ubi sedit pro Tribunali, et coram Sua Illustrissima et Reverendissima Dominatione sedente comparuit Admodum Reverendus Pater Dominus Andrea Memo qui curam animarum huius Ecclesiae habet amovibiliter exercet ad electionem et praesentationem Reverendi Patris Abbatis huius Monasterii cum Mandato Episcopali ad annum concessit et Successive usque ad praesens confirmato, quod praesentavit una cum libris Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum et Mortuorum. Item Reverendus Pater Dominus Curatus interrogatus de statu animarum huius Parochiae et num adsit aliquis inconfessus tempore Paschali vel publicus peccator adest. Respondit huic Parochiae subesse animas a Communionem 2536 in totum 3599, nullumque, Deo favente, esse publicum peccatorem neque Ecclesiae praecepto inobedientem. Interrogatus de vita, moribus ac servitio Ecclesiae Sacerdotum et Clericorum huius Parochiae, bene de omnibus respondit. Deinde vocati venerunt Nobilis Dominus Cones Syndicus et Domini deputati et interrogati [185] de vigilantia in cura animarum Reverendi Patris Domini Curati, et de servitio Ecclesiae Sacerdotum et Clericorum, optime de omnibus retulerunt et his dimissis venerunt: Reverendus Pater Dominus Iacobus Micheloni Sacerdos aetatis annorum 49 habet mandatum ad annum pro cura huius, immo coadiuvat Reverendum Patrem Curatum Ecclesiae in hac cura. Reverendus Pater Dominus Antonius Zenari Sacerdos de Morurio huius dioecesis aetatis annorum 43 inhabitat sub hac Parochia cum mandato ad annum pro hac cura. Reverendus Pater Dominus Petrus Paulus Vecchi Sacerdos de Alcenago huius aetatis annorum 40, habitat sub hac Parochia cum mandato ad annum pro cura huius Ecclesiae. Reverendus Pater Dominus Ioseph Erbisti Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 58 circiter habet mandatum ad annum pro cura ad beneplacitum. Reverendus Pater Dominus Ioannes Baptista Roggi Sacerdos de hac aetatis annorum 59 cum mandato ad annum pro hac cura. Reverendus Pater Dominus Simeon Annichini Sacerdos de hac aetatis annorum 61 cum mandato ad annum pro cura huius Ecclesiae. Reverendus Pater Dominus Ioannes Baptista Colombari Sacerdos de hac aetatis annorum 33, habet mandatum ad annum pro hac cura. Reverendus Pater Dominus Alexander Fracassini Sacerdos de hac aetatis annorum 33, cum mandato ad annum pro hac cura. Reverendus Pater Dominus Michaelangelus Baciga Iuris Utriusque Doctor Sacerdos de Monte aetatis annorum 29, huius Parochiae incola cum mandatum ad annum pro hac cura. Reverendus Pater Dominus Iacobus Corradi Sacerdos de hac aetatis annorum 30, habet mandatum ad annum pro cura huius. Reverendus Pater Dominus Antonius Rizzini Sacerdos de hac aetatis annorum 40, cum mandato ad annum [186] pro hac cura. Reverendus Pater Dominus Iacobus Vanti Sacerdos de Ecclesia Nova huius aetatis annorum 65, incola huius Parochiae cum mandato ad annum pro cura huius. Reverendus Pater Dominus Iacobus Corbellari Sacerdos de Illasiis huius aetatis annorum 34, habitat in Parochia S. Thomae Cantuariensis et inservit huic cum mandato ad annum. Reverendus Pater Dominus Ioannes Baptista Ferrari Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 48. Reverendus Pater Dominus Ioannes Zenari Sacerdos de Morurio huius dioecesis aetatis annorum 45, habitat sub hac. Reverendus Pater Dominus Angelus Bellamolli Sacerdos de Alcenago huius dioecesis aetatis annorum 31, moratur sub hac. Reverendus Pater Dominus Ioannes Piazzolla Sacerdos de hac aetatis annorum 28. Reverendus Pater Dominus Franciscus Ferrari Sacerdos de hac aetatis annorum 38. Reverendus Pater Dominus Narcisus Rossettini Sacerdos de hac aetatis annorum 29.

Reverendus Pater Dominus Xaverius Geminiani Sacerdos de hac aetatis annorum 37, habet mandatum ad annum pro cura Parochialis Ecclesiae S. Felicitatis. Reverendus Pater Dominus Orlandus Salaorni Sacerdos de hac aetatis annorum 73. Reverendus Pater Dominus Bartholomaeus Bannini Sacerdos Mutinensis suffultus dimissorialibus sui Illustrissimi et Reverendissimi Ordinarii suffultus aetatis annorum 31, incola huius Parochiae ostendit mandatum huius Curiae ad Missas confirmatum ad sex menses. Reverendus Pater Dominus Ioannes Baptista Boldrini Sacerdos aetatis annorum 27. Reverendus Pater Dominus Iacobus Toffanetti Sacerdos de Monteforte huius dioecesis aetatis annorum [187] 24 habitat in hac Parochia, cui inservit. Reverendus Pater Dominus Aloisius Libera Sacerdos de hac aetatis annorum 25. Reverendus Pater Dominus Nicolaus Annichini Sacerdos de hac aetatis annorum 31. Reverendus Pater Dominus Petrus Zinelli de hac aetatis annorum 87 habet mandatum ad annum pro huius cura. Reverendus Pater Dominus Fraciscus Voltolini Sacerdos de hac aetatis annorum 74 est Cappellanus Monialium de aqua Fonsucosa. Reverendus Pater Dominus Franciscus a Valle Sacerdos de hac aetatis annorum 54 cum mandatum ad annum pro cura S. Mariae ad Clavicam. Reverendus Pater Dominus Michael Corradii Sacerdos de Velo huius dioecesis aetatis annorum 69 habitat sub hac Parochia. Reverendus Pater Dominus Dominicus Melchiori de hac Sacerdos aetatis annorum 34. Reverendus Pater Dominus Laurentius Corsico aetatis annorum 74 de hac inservit Ecclesiae S. Vitalis. Reverendus Pater Dominus Dominicus Cerutti Sacerdos de hac aetatis annorum 55 est Cappellanus Monialium S. Christophori. Reverendus Pater Dominus Franciscus Sartori Sacerdos de hac aetatis annorum 59. Reverendus Pater Dominus Stephanus Zignani Sacerdos de hac aetatis annorum 25 inservit Ecclesiae S. Pauli de Campo Martio. Reverendus Pater Dominus Dominicus Brunelli Sacerdos de hac aetatis annorum 26 est Cappellanus Cathedralis. Reverendus Pater Dominus Ioannes Perini Sacerdos de hac aetatis annorum 25 Cappellanus Cathedralis. Reverendus Pater Dominus Bartholomaeus Micheloni de Castagneto Sacerdos huius dioecesis aetatis annorum [188] 32. moratur sub hac, et habet mandatum pro huius cura. Reverendus Pater Dominus Dominicus Roggi Sacerdos de hac aetatis annorum 25 Cappellanus Cathedralis. Reverendus Pater Dominus Ioannes Pachera Sacerdos de hac aetatis annorum 44 inservit Ecclesiae Parochiali S. Mariae Antiquae. Reverendus Pater Dominus Petrus Gasparini Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 60 inservit Ecclesiae Parochiali S. Vitalis, in qua habuit titulum, ut supra, in Visitatione dictae Ecclesiae. Clericus Veronensis Christophorus Bresciani Diaconus de Marcellisio huius dioecesis aetatis annorum 22 inservit huic. Clericus Iacobus Panaretti in Minoribus de hac Parochia cui inservit aetatis annorum 24. Clericus Thomas Mambrini de Castronovo huius dioecesis in Minoribus aetatis annorum 22 habitat in Parochia S. Marci studiorum causa et adscriptus est servitio huic. Clericus Veronensis Antonius Erbisti Diaconus de hac Parochia aetatis annorum 24 inservit Parochiali Ecclesiae S.S. Firmi et Rustici ad Pontem. Clericus Dominicus Zamboni aetatis annorum 21 Accolitus Cathedralis et habitat in hac. Clericus Aloisius Uber Ostianicus de hac Parochia aetatis annorum 21 Accolitus Cathedralis. Clericus Bartholomaeus Boschetti in Minoribus ordinibus de Suavio huius dioecesis aetatis annorum 25 incola huius Parochiae Accolitus Cathedralis. Clericus veronensis Andreas Benedetti Diaconus de Alfaedo huius dioecesis aetatis annorum 24 inservit huic Ecclesiae. [189] Postea comparuerunt Ioannes Gaspari Eremita deputatus ad custodiam Simplicis Ecclesiae Beatae Mariae Virginis de Campo Martio, infra limites huius Parochiae, et praesentavit patentes litteras suas ad sex menses datas et usque nunc ad sex menses in Curia Nostra Episcopali confirmatus. Reverendus Pater Curatus interrogatus dixit dictum eremitam Doctrinam Christianam et Sacramenta devote frequentare. Laura vidua Reverendi Admodum cuiusdam Caietani Zecchini, obstetrix de hac parochia, quae fuit interrogata circiter ea quae scitu necessaria sunt pro administratione Baptismi in casu necessitatis, et bene instructa inventa est. Paula obstetrix de hac Parochia, visa est a quondam reverendo abate Francisco Zecchini et, interrogata ut supra, bene respondit. Laura alia obstetrix de hac Parochia, visa est a quondam reverendo abate Horatio Zenolli et ipsa optime instructa est. Subinde venerunt Dominus

Ioannes Bevilacqua, Dominus Prior, et Ioannes Baptista Cattani, Reverendus assistens Scholae Doctrinae Christianae, quae pro mulieribus habetur prope hanc Ecclesiam, atque etiam in Ecclesia Simplici Sancti Pancratii infra huius parochiae fines; et praesentaverunt Cathaga ac libros ipsos eiusdem scholae bene instructos. Huius scholae proxima visitatrix est Nobilis Domina Marchionissa Martina Canossa, uxor Nobilis Domini Comitum Francisci Murari, quae praestita est tanta vigilantia et zelo pro huic pio operi ut Reverendissimus et Illustrissimus Episcopus merito eius charitatem commendaverit. Princeps Petrus Grecco et Ioannes Baptista Zanchi ambo Massarii [190] Confraternitatis Sanctissimi Sacramenti, nec non Ioannes Bertalea et Carolus Antonius Fracassini, ambo pariter Massarii Confraternitatis Sancti Blasii, ostenderunt libros in quibus registrata sunt Confraternitatum respective dictae Legata, eorumque satisfactiones quos cum visitasset, iterum in Ecclesiam se contulit, ubi, repertis puellis congregatis Doctrinae Christianae, etiam eis quae in Ecclesia Sancti Pancratii extra urbem instituuntur, in suas classes distributis, per varias interrogationes cognovit ipsas optime edoctas esse in doctrina Christiana, quae multa praemia eis distribuit et sibi reservans mitiori anni tempore, quo viae factae meliores, visitare Simples Ecclesias, seu Oratoria Publica quae multa sunt infra limites huius Parochiae tam externa existentia, atque in illis ordinare prout sibi opportunum videbitur. Oravit pro defunctis, et huius Ecclesiae S.S. Nazarii et Coelsi Visitationem clausit. Demum acceptis Admodum dicto Patre Priore et monachis ad Portam Ecclesiae venerationis et obsequiis testimoniis, nec non ab Patre Curato et Clero, et a Nobili Domino Sindico et Dominis deputatis praedictis usque ad portam atrii super viam publicam prosecutus sibi pariter ab eis reverentiae et grati animi, debitis habitis argumentis, Rhedam conscendit et ad Palatium Suum Episcopale ad prandium summendum toto cum suo comitatu, die iam declinante, reversus est, et ita. [191] **Die Dominica 2a Adventus 6 Mensis Septembris 1761.** Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus, visitationem suam Pastoralem non derelinquens, ad visitandam Ecclesiam et Monasterium S. Christofori infra limites Parochialis praedictae S. Nazarii una cum Nobili et Reverendissimo Ferdinando Manuelli Canonico Vicario visitatore, ut ante deputato me Nicolao Bovio Praesbytero Cancellario, et reliquo suo comitatu per Rhedas suas perexit. Ad confinia Monasterii supra viam publicam exceptus fuit sub Baldachino delato ab Admodum Reverendo Patre Domino Vincentio Bordoni Archipresbitero S. Pauli de Campo Martio et Reverendo Patre Domino Francisco Camillo Sauro Rectore S. Pauli Veteris, [A margine Monache di S. Cristoforo] Pio Gaidoni Rectore S. Benedicti, Carlo Maria Bottagisio Archipresbitero Ecclesiae S.S. Quirici et Giolitae, Alexandro a Ritia Archipresbitero S. Petri in Castro, ac Dominico Franzosi Rectore S. Margaritae ubi Crucem sibi ab Admodum Reverendo Patre Domino Ioanne Baptista Perini Confessario Oratorii Monialium dicti Monasterii porrectam, osculatus est. Deinde sistens in limine Portae Ecclesiae super tapete strato aquae benedictae facta solita aspersione, et thurificationis honore de manu praefati Admodum Reverendi Confessarii, recepto in ecclesiam, solemniter ingressus est. Ante Altare Maius super faldistorium provolutus Sanctissimum Sacramentum adoravit, et ascendens ad Altare ipsum, decantatis recitatisque solitis Antiphonis et Oratione Sancti Titularis, populo solemniter benedixit, et Indulgentiam Plenariam per Breve [192] Apostolicum visitantibus Ecclesiam hanc in actu ut in die visitationis eiusdem concessam publicari fecit. Post haec ad Thronum a cornu Evangelii Altaris Maioris sibi paratum venit et in eo sedens ad osculum manus Admodum admissis sunt Reverendo Patre Domino Confessario et Reverendis Patribus Cappellanis, sumpsit Pontificalia apparamenta, et preces pro defunctis persolvit, quibus persolutis, visitavit Sanctissimum Eucharestiae Sacramentum intus Pixide m argenteam interius inauratam, in Tabernaculo marmoreo duobus ostiolis, et clavibus, una quarum ex argento custoditum, rite servatum Sacramentum, hoc renovatur temporibus debitis et lampas iugiter ardet sumptibus Monasterii; ut relatum fuit a Reverendis Cappellanis. His peractis, ad ostiolum communionis, accepta Pixide de manu Admodum Reverendi Patris Domini Confessoris, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Antistes Monialibus, Sororibus Conversis et Educandis Sacram Synaxim distribuit et subinde de Altari Sacramenti

Benedictionem omnibus est impertitus. Postea adsistentibus semper sibi in Dalmaticis Admodum Reverendo Patre Domino Vincentio Bordoni, Archipresbytero S. Pauli de Campo Martio et Admodum Reverendo Patre Domino Camillo Sauro, Rectore S. Pauli Veteris, Missam celebravit. Peracto sacrificio, et gratiis Deo actis, infrascripta visitavit Abbatia, nimirum Altare Maius ex marmoribus collustratis cum icona et Portatili. Ad hoc adest privilegium in die commemorationis defunctorum [193] et singulis diebus infra octavam, nec non in secunda Feria cuiuslibet hebdomadae ad septennium datum pro animabus Monialium Defunctorum earundem consanguinearum et affinium in proximo, et secundo gradu, ac etiam pro Benefactoribus Monasterii. Nullum huic Altari inest Legatum Missarum, sed Sanctimoniales et Monasterium celebrare faciunt Missam quotidianam prout in polycea registrata sub littera R in fine huius libri. Altare Sanctissimae Trinitatis cum icona et Portatili marmoreo depictum imaginibus Sancti Christophori, Sancti Benedicti, Sancti Gregorii et aliorum. Altare Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi ex marmoribus cum icona, et Portatili. Tria haec omnia Altaria sunt bone tenta ac optime ornata. Adsunt perpetua Legata Missarum, quae adimplentur ut in praedicta polycea reposita sub littera R. Observavit ostiolum a Communione rite constructum a parte Evangelii Altaris Maioris et Rotam a parte Epistolae; ingressus postea in Sacristiam, visitavit ordinata paramenta in ea existentia, totamque inspexit Ecclesiam, quae optime constructa et ornata est. Vidit antoriam et Organum super quod per fenestras ferratis et cratibus munitas, ipsae moniales prospiciunt in ecclesiam, quae fuit consecrata ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino Domini Sebastiano Pisano, olim Veronae Episcopo die 16 Aprilis 1673, cuius dedicationis dies quotannis celebratur [194] secunda Dominica post Pasham huius Titularius est S. Christophorus Martir. Vidit Rotam cuius medio paramenta Sacristiae ministrantur. Subinde venit in Parlatorium Maius, in quo sedit paulisper, requievit, et idem visitavit, nec non omnia alia Parlatoria exteriora, fenestellas, ferratas, crates et Rotas ac etiam locum Confessoris exterioris, ubi observavit fenestellam ferrata, crate et tela munitam, nec non Rotam caute constructam. Quibus peractis, venit ad Portam Monasterii una cum Nobilibus Iosepho Muselli marchione Archipresbytero Cathedralis et Vicario Gentili ac Ferdinando Manuelli Canonico Visitationis Vicario deputato, me cancellario, Reverendo Patre Domino Petro Antonio Cenci Archipresbytero S. Mariae ad Clavicam Caerimoniarum Praefecto, Admodum Reverendo Patre Confessore Ordinario ac Reverendis Sacerdotibus suis familiaribus in Clausuram ingressus est. Receptis a Monialibus ante Portam Monasterii velatiis et genuflexis existentibus, quibus, primum benedictionem suam est impertitus. Deinde tribus ipsis monialibus praecedentibus ad Ecclesiam interim perventus, ibique supra genuflexorio parato, facta oratione, et decantato hymno "Veni Creator Spiritus", ascendit ad Thronum nobiliorem chori sibi ornatum ad hoc et ad Moniales quae a velo nigro sunt 17, ad Sorores Conversas 14, ad educandasque quae sunt 7, omnes singillatim ad sua respective sedilia et loca sedentes, paternum habuit sermonem, quo finito, sumptis paramentis, exequias Monialibus defunctis et interius humaniter persolvit. [195] His persolutis vidit fenestellam a communionem et Rotam respondentes in ecclesiam interiori ipsam. Visitavit Sacrum Oleum Infirmorum in vasculo argenteo et bursa violacea intus armariolum circumseptum in angulo Altaris custoditum a parte iam interiori. Vidit Sacras Reliquias nempe ex sacris ossibus Sancti Benedicti Abbatis, Sanctae Scholasticae ut distincte positas in duabus Reliquiariis similibus ex argento elaboratis, figura ovatae, bene clausis, sigillo et litteris Illustrissimi Domini Episcopi Philippi de Aroato protonotarii Apostolici Eminentissimi et Reverendi Domini Patris Cardinalis Francisci Pignatelli Episcopi Portuens data Romae extra Portam Portuensem, die 28 Februarii 1726, quas in Curia Nostra Episcopali recognosci mandavit munitas. Alia multas vidit Sacras Reliquias in Reliquiario ligneo ad similitudinem Altaris eleganter elaborato positas, quas nullo de earum identitate exhibito authentico documento in sua veneratione remanere dixit. Vidit in Sacristia interiori Vasa Sacra, suppellectiles et apparamenta optime parata, et descripta sunt in polycea iam praesentata ac in fine huius libri registrata sub littera R. Observavit etiam Campanile. Monasterium hoc est institutum sub regula Sancti Benedicti et Moniales habent constitutiones quas adamussin (*ma è anche corretto scrivere anche*

ad amussim) Moniales habent constitutiones, quas ad amussim observant; ipsae in choro quater psallunt, et bis in die per dimidiam horam vacant orationi mentali. Visitavit locum Confessoris interioris et fenestellam rite munitam [196] Sacram Imaginem habentem et Rotam tutam. Vedit refectarium, coquinam, et alia loca inferiora, hortum, curtes, locum capituli, canipas et loca ad abluendos pannos lineos ac muros undique Monasterii. Vedit Aromatarium de omnibus necessariis ut relatum fuit provisum, et accurate a Monialibus directum. Ascendit scalas et visitavit cellas omnes Monialium a choro, et eas pro Sororibus Conversis, ac Dormitorium pro puellis educandis. Venit in locum scriptoriae, ubi libros et scripturas invisit, nec non computa redituum de expensarum Monasterii, quae Reverenda Mater Scriptoraria obtulit una cum computis ipsis, pariter positis sub littera R. His absolutis redivit interiorem Ecclesiam, et sibi reservans altera die sumere examen Monialium, et ordinare quidquid sibi opportunum videbitur oravit pro defunctis, et huius Veronensis Ecclesiae ac Monasterii Pastoralem Visitationem clausit; acceptis prius Admodum Reverendissima Mater Maria Fortunata Ferro Abbatisa ac Victoria Cassandra Maffei Priora venerationis, obsequiis, ac grati animi testimoniis, egressus de Monasterio cum toto suo comitatu ad Palatium Suum Episcopale, ut prandium sumeret, se restituit, et ita. **Die Mercurii 9 Mensis Decembris 1762, hora circiter tertiarum;** Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus praedictus se contulit ad examen sumendum Sanctimonialium Veronensis Monasterii antedicti S. Christophori et sedens in Maiori Parlatorio, vocatisque singillatim Monialibus per gradum ad crates eiusdem Parlatorii, ipsas singulariter singulas interrogavit circa ea [197] quae Monasticam disciplinam, et bonum Monasterii regimen respiciunt, quo expleto, ad Palatium Suum reversus est, mandans exequi ut infra scilicet. **Ordinata:** *qui il relatore ha riportato le disposizioni vescovili in lingua italiana e che ora scrivo in italiano corsivo, per distinguerle dalla parte tradotta in precedenza “Che la porta della corte esteriore del Monastero sia chiusa con una serratura fatta in maniera, che il gastaldo, alla sera e alla mattina la chiuda e la apra, stando fuori tenendo la chiave presso di se, dovendo però altra simil chiave essere conservata in Monastero dalla Madre Abbadessa per potersene servire nel caso che Iddio tenga lontano qualche accidentale incendio, o altra universale disgrazia del Monastero. E non altrimenti che così”.* **Die Veneris a prandio die XI Mensis Novembris 1761.** Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Veronensis Comes, sumptis secum Nobilibus et Reverendis Dominis Iosepho Muselli marchione, Iuris Utriusque Professore Archipresbytero Cathedralis et Suo Vicario Gentili, Ferdinando Manuelli Canonico huius Visitationis Vicario deputato, me Nicolao Bovio Praefesbytero Cancellario et Sacerdotibus suis familiaribus, consensus Rhedam ad visitandam clausuram Veronensis Monasterii Sanctimonialium [A margine **Monache di S. Cattarina da Siena**] Sanctae Catharinae a Senis Ordinis S. Dominici eidem ordini subiectarum et perrexit. Prope Portam Monasterii perventus, e Rheda descendit, statimque ei praesto fuerunt Admodum Pater Monachus Angelus Ferdinandus Grazzi Prior conventus Sanctae Anastasiae, Admodum Reverendus Pater Monachus Dominicus Pedretti Confessor ordinarius Monialium.[198] Reverendus Pater Matteucci Inquisitor Sanctissimi Ordinis et Reverendi Patres Theologi Valfredi et Antonius Piazza omnes dicti Ordinis S. Dominici, Dominationi Suae Illustrissima et Reverendissima venerationis et testimonia obsequiis praestantes. Aperta Monasterii ianua Moniales invenit ante ipsam Portam adstantes reverentiae summae Successive signa dantes, in Monasterium ipsum una cum supra nominatis Nobilibus et Reverendis Dominis Vicario, me Cancellario, Sacerdotibus suis familiaribus et Reverendis Patribus iam dictis Ingressus est. Clausa ianua visitavit ea omnia, quae ad clausuram pertinent, eamque nulla Reparatione remedione indigere invenit, unde acceptis ab Reverendis Monialibus et praedictis Patribus, gratiarum actionibus, egressus a Monasterio, ad Palatium Suum Episcopale cum toto suo comitatu reversus est et ita. **Die Dominica 3a Adventus 13 Mensis Decembris 1761.** Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus ante Portam una cum supradicto Nobili et Reverendissimo Canonico suae Visitationis Vicario, Nobili et Reverendo Domino suo Vicario Gentili modo absente, me Nicolao Bovio Cancellario

pPresbytero et solito suo comitatu ad visitandam Ecclesiam et Monasterium Monialium S. Mariae a Virginibus dictae Magdalenae **[A margine Monastero Le Maddalene]** infra limites S.S. Nazarii et Coelsi contractae se contulit. Ad primam portam super viam publicam sub Baldachino ab Admodum Reverendis Dominis Vincentio Bordoni Archipresbytero S. Pauli de Campo Martio, **[199]** Blasio Percara Archipresbytero S. Andreae, Alexandro a Ritia Archipresbytero S. Petri in Castro, Pio Gaidoni Archipresbytero S. Benedicti, Francisco Camillo Sauro Rectore S. Pauli Veteris, ac Dominico Franzosi Rectore S. Margaritae gestatus, reverenter susceptus supra tapete ac pulvino paratis, genuflexus Crucem sibi ab Admodum Reverendo Patre Domino Antonio Fortis Confessario Ordinario porrectam veneratus, ac deosculatus est. Praecedente Clero cum Cruce, et cantoribus per consuetas caerimonias in Ecclesiam superiorem, solemnem ingressum habuit. Ante Altare Maius super faldistorio prostratus, Sanctissimum Sacramentum adoravit et cantatis decantandis Altare ipsum ascendit, iam accepta in limine porta Ecclesiae ipsius thurificatione, et facta populo aspersione, recitavit orationem Titularis et populum solemniter benedixit, ac Indulgentiam Plenariam per Breve Apostolicum in actu huiusmodi visitatores hanc Ecclesiam omnibus visitantibus concessam publicari iussit, hic superveniente Nobili et Reverendissimo Domino Vicario Gentili. Post haec ad Thronum a parte Evangelii ritum venit, ubi admissis ad osculum manus Reverendis Confessario et Cappellanis, pontificalia sumpsit apparamenta et, sibi adstantibus Admodum Reverendis Dominis Archipresbyteris Sancti Pauli de Campo Martio et Sancti Benedicti, dalmaticis indutis, preces pro defunctis persolvit. Subinde visitavit Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in argentea Pixide interius inaurata intus Tabernaculum marmoreum in medio Altaris Maioris custoditum, duplici ostiolo, duplicibusque seris et clavibus, pquarun una ex argento, rite custoditum. **[200]** Ex factis perquisitionibus cognovit Sacramentum hoc debitis temporibus renovari et lampadem diu noctuque ante ipsum accensam ardere iugiter sumptibus Monasterii. Expleta Sacramenti Visitatione, Reverendus Confessarius detulit Sacram Pixide m ad ostiolum Communionis, et ibi recitata Confessione a Monialibus, omnibus Monialibus, Sororibus Conversis et puellis educandis, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Sacram Communionem distribuit. Qua facta, repositoque Sacramento et recitato hymno et oratione praelibatus Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Sacramenti Benedictionem solemniter impertitus est. Postea ad Thronum venit, ubi indutus Sacerdotalibus vestibus, sibi adsistentibus in dalmaticis supradictis Reverendis Dominis Archipresbyteris, Sacrosanctum Missae Sacrificium celebravit, quo peracto, depositis apparamentis, et gratiis Deo actis, infrascripta visitavit Altaria, scilicet: Altare Maius marmoreum consecratum cum icona praesefavente imagines Beatae Mariae a Misericordia, S. Francisci ac S. Clarae. Altare S. Mariae Magdalenae pariter ex marmore cum Portatili et icona. Altare S.S. Antonii, Bonaventurae, ac Ludovici ex marmoribus cum Portatili, et icona, omnia haec bene tenta et ornata. Nonnulla extant Legata Missarum quae adimplentur, prout descripta sunt in liberculis praesentatis, ac in fine registratis sub littera R. Ecclesia haec postremis temporibus, Monasterii sumptibus, in elegantiore formam, realificatam fuit ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino Domino Episcopo Ioanne Bragadeno **[201]** tunc huius civitatis Episcopo sexto, die eadem (*si usa per “die” di solito il genere maschile, quello al femminile viene qui utilizzato perché è la corretta in un contesto liturgico e notarile*) Aprilis Mensis 1736, rite consecrata ut liquet ex publico documento semper rogato cuiusdam Domini Bernardi Ronchi tunc Cancellarii Episcopalis. Pluribus gaudet spiritualibus perpetuis Privilegiis, et Indulgentiis, ut videre est in praecitatis liberculis, in quibus etiam descripti sunt in hac Ecclesia dies solemnizari soliti. Visitavit inde Ostiolum a Communione a parte Epistolae Altaris Maioris, et Rotam a parte Evangelii, nec non aliam existentem in anditu versus Sacristiam. Intravit dein in Sacristiam noviter erectam et vidit eam optimae structurae, honorifice ornatam. Vidit Confessarium novum, et cubiculum superius in quo pernoctat Admodum Reverendus Pater Confessarius, in casibus necessitatis. Deinceps in Parlatorium Maius se recepit, ubi pauculum quietis habuit. Ipse in eo existentes fenestras cum suis ferratis et cratibus nec non Rotas bene

constructas visitavit, prout alia omnia parlatoria et locum veteris Confessoris pariter cum suis fenestris et rotis. Subinde se contulit ad antiquam Ecclesiam inferiorem nuncupatam Sanctam Magdalenam sive S. Martham de ratione huius Monasterii **[A margine S. Marta]** et in ea visitavit tria Altaria nempe: Altare Maius cum Portatili et icona cum imagine S. Mariae Magdalenae, Altare S. Lazarii marmoreum in mensa cum Portatili; Altare S. Marthae pariter in mensa marmorea cum Portatili. **[202]** In hac ecclesia assertum fuit nulla esse obligatione Missarum, nec pia Legata, ipsumque Monasterium manutenere Ecclesiam propriis expensis. Vidit ostiolum ac duas Rotas in ipsa Ecclesia inferiori existentes et Cantoriam cum suis cratibus. Visitavit Sacristiam Ecclesiae contiguam et observavit tam Sacristiam, quam Ecclesiam esse structurae antiquae. His completis, venit ad Portam Monasterii, qua aperta monialibus omnibus ibi genuflexis veloque coopertis existentibus, una cum puellis educandis, benedixit ipsisque praecedentibus, servato processionis ordine, una cum Reverendissimi Domini Sui Vicarii, me Cancellario, Reverendo Domino Confessario Ordinario, ac Reverendo Domino Caerimoniarum Magistro et Sacerdotibus suis familiaribus, in Monasterium ingressus in Chorum profectus est, ubi prius brevi peracta Oratione et Hymno "Veni Creator Spiritu" cantato, in Throno ad id parato, sedit et Pastoralem sermonem paternum ad Moniales habuit. Quo facto, sumpsit stolam nigri coloris et exequias pro Monialibus defunctis in loco interiori, ubi humiliter persolvit. Subinde reversus in chorum, sumptisque alia stola et Mitra, Sacro Chrismate confirmavit honestam puellam Mariam Theresiam Negrelli filiam Nobilis Domini Comitatus Dominici, hic in educatione existentem, cuius matrina fuit Maria Illuminata Pierfranceschi. **[203]** Postea visitavit Olea Sancta in vasculo argenteo intus capsulam nuceam et bursam violacei coloris asservata in loculo collustrato marmore ad extra ornato, panno serico violaceis coloris intus fulcito et ferreo ostiolo depicto cum inscriptione "Olea Sancta" clauso. Vidit etiam sequentes sacras reliquias. Particulas partis interioris planetae cum ornammento serico albo, et viridi, qua usus est a Sancto Antonio de Padua in Missa sacrificio ab hac curia recognita sub die 3 Augusti 1726. Ex sacris ossibus S. Clarae Virginis recognitis in hac curia episcopali die 23 Iunii 1735. Ex sacris ossibus S. Mariae Magdalenae Paenitentis hic recognitam sub dicto ipso die. De pallio Sancti Felicis Capuccini in Curia Nostra recognito die 10 Iunii 1747. Ex sacris ossibus S. Antonii Abbatis recognitam in hac Curia die 8 Ianuarii 1755. Alias vidit sacras reliquias, de quibus in documento huius Curiae, diei 21 Maii 1734 condito manu Patris Josephi Boerii Notarii Episcopalis positas in sex reliquiariis absque sigillo prout in dicto documento, cui quas in sua veneratione reliquit. Insuper etiam particulam ex panno serico rubri coloris, auro contexto, quo involutum fuit corpus Sancti Francisci de Assisio, posita in parva theca ex auricalco figurae ovalis, cristallo clauso, bone colligata, sigillo et litteris Illustrissimi et Reverendissimi Ioannis Andreae Sillani, Protonotarii Apostolici, Dei Voluntate, Christi Canoniceque Cathedralis S. Ruphini, **[204]** Sanctae Seraphicae civitatis Assisii, sede illa, Episcopali vacante, Vicarii Capitularis Gentili datum Assisii die 11 Octobris 1735 munitas. Particulas ex sacris ossibus S. Vincentii Ferraris Confessoris, positas intus parva theca argentea, cristallo cooperta, bene clausa, sigillo et patentibus Illustrissimi et Reverendissimi Patris Domini Basilii Matranza ex Abbate Oratorii S. Basilii Magni Archiepiscopi Archidioecesis, ad exercenda in urbe Pontificalia ordinesque ritu greco ad conferendos, a Sancta Sede specialiter deputati, die 4 Maii 1736. Quas recognovit et ut vero publica christifidelium venerationi exponantur concessit. Superscripta Sacra Reliquiae, in armario nuceo ad hoc parato servantur, et super ipsum inscripta sunt haec verba: "Reliquiae Sanctorum". Quibus habitis, visitavit Sacristiam interiorem, Vasa Sacra, apparamenta et suppellectiles omnes Ecclesiae, et quae descriptae iam sunt in producto inventario in fine reposito sub littera R. Vidit Campanile, CCapitulumR rectorium, Coquinam, Aromataria, locum ad mundandos pannos lineos, aliaque terrena loca, quae plurima sunt. Intravit in Scriptoriam (*stanza dedicata alla scrittura*) ubi vidit quamplurimas scripturas, membranas, processus, et libros ad Monasterium spectantes, et Mater Scriptorissa (*la madre responsabile del luogo della scrittura*) exhibuit polyceas reddituum ac expensarum Monasterii ipsius infra positas sunt sub dicta littera

R. Vidit cantina et loca subterranea; postea visitavit antiquum Monasterium, in quo modo Moniales non habitant, sed inservit ad usum verum Monasterii minus importanti. [205] Circuivit hortos, et observavit omnes muros ad clausuram concernentes, et clausuram ipsam bene servatam. Ex hortis ad Monasterium reversus, ascendit scalas, et visitavit dormitoria et in eis cellas, tam Monialium a Choro, quam Sororum. Vidit locum in quo Puellae Ordinandae pernoctant separatae a Monialibus. Vidit quoque duo loca, quae inserviunt pro infirmaria et cubiculum eis proximum pro Reverendo Confessario quando manere habet in Monasterio ad auxiliandas morientes. Monasterium hoc est ventustissimum cui plurima concessa fuerunt privilegia a Summis Pontificibus, ab Episcopis et a Principibus, ut videre est in parvo liberculo reposito sub littera R. Observatur institutum, et regula S. Francisci et iuxta regulas Moniales psallunt. Reverenda Mater Abbatissa modo est Mater Maria Maximilliana Righetti qua prudenter regit. Moniales a Choro sunt n° 36, et una in probatione; Conversae sunt n° 14 et una in probatione; undecim vero educandae. Demum sibi reservans in crastinum sumere examen Monialium ipsarum, redivit in Chorum, seu Ecclesiam interiorem, ubi pro defunctis orando, Pastoralem Suam Visitationem absolvit, sibi reservando et praecedentibus puellis, Monialibus omnibus processione ordine ut prius servato ad Portam Monasterii pervenit et postquam Monialibus genuflexis [206] benedixit. Egressus a Monasterio cum reliquis de suo comitatu in ipsum Monasterium ut supra ingressis, sole cadente per Rhedas ad palatium suum episcopale pransurus sese restituit. **Die Lunae Mariae, 14 decembris 1761.** Praelibatus Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus ascensus Rhedam inharendo reservationi sibi facta heri in actu Visitationis ut antea ad praeacitatum Monasterium S. Mariae a Virginibus vulgo “Le Maddalene” ad sumendum examen earum Monialium ivit. Illuc perventus, solus ad fenestram Maioris Parlatorii venit et singillatim vocatis Monialibus, singulas examinavit circa Monasticam disciplinam, observantiam regularum, et Monasterii gubernium, quo expleto, infrascripta ordinata exequenda Monialibus reliquit. *(questa parte del brano è trascritta in italiano corsivo in quanto la stessa sul documento originale è parimenti in lingua italiana)* “Nicolò Antonio Giustiniani dell’Ordine di S. Benedetto, de Congregatione Cassinense, per la Deo gratia della Santa Sede Apostolica Vescovo di Verona Conte, alle dilette nel Signore, alla Madre Abbadessa e monache del Veronese Monastero di Santa Maria delle Vergini, dette “Le Maddalene”, di questa città, salute ed obbedienza, essendo proprio della mia Pastoral sollecitudine il ragionare sopra la disciplina, il decoro a vantaggio de’ Monasteri, nel terminare con mia spirituale consolazione la visita di questo veronese Monastero, abbiamo giudicato spediente di ordinare quanto segue, cioè:

1) che le Novizze non vadano alli parlatori che una sol volta al [207] mese non però in tempo di Avvento, o Quaresima, o giorno di Venerdì, e sempre coll’assistenza della Madre Maestra, o altra Monaca da essa ordinata di consenso della Madre Abbadessa, la quale sarà in libertà di concedere, o negare le licenze tutte in questo proposito che parerà ad essa, avendo riguardo alle circostanze dei parenti più o meno prossimi;

2) a maggior comodo delle Monache, e perché siano provvedute di qualche altra pietanza dal Monastero senza loro particolar aggravio, troviamo necessario di preconvincere, che in avvenire debbano tutte contentarsi di dodici once di pane al giorno per ciascheduna, con questo però, che resta vietato a tutte il vendere le pietanze, che a loro sopravanzassero;

3) in ordine al canto, questo non resta vietato nei soliti giorni, purché possano le Religiose farlo senza il Maestro, che a scanso di spese, o disturbi onninamente non vogliamo accordare;

4) che in avvenire tutte le Sorelle Converse siano vestite per servire la Comunità in ciò, che gli verrà comandato dalla Madre Abbadessa, alla quale spetterà di concedere che esse possano servire ancora le particolari giusta il loro bisogno, ma senza pregiudizio del servizio pubblico;

5) che nella Settimana Santa e nei giorni Festivi, non si facciano dolci per la dovuta osservanza dei giorni destinati specialmente al culto, e al servizio di Dio.

In Fede

[208] *Data dalla Nostra Visita Pastorale effettuata li 14 Dicembre 1761.*
N.A. (Nota Autografa) del Vescovo di Verona

Il Reverendo Cancelliere Vescovile Don Nicola Bovio

Die Dominica 4a Adventus die 20 Mensis Decembris 1761

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Veronensis Comes, una cum Nobili et Reverendissimo Domino Ferdinando Manuelli Canonico Vicario huius Visitationis, ut supra electo, me Cancellario et solitis suis Sacerdotibus familiaribus ad visitandam Ecclesiam Parochialem S.S. Faustini et Giovitae huius Civitatis per suas Quadrigas profectus est. Ad confinia illius contractae sub Baldachino a Nobilibus Patribus Dominis Comitibus: Hieronymo Barufaldi, Petro et Francisco fratribus de Fracanzanis, ac Nobili Bartholomaeo Malfatti [**A margine S.S. Faustino e Giovitta**] gestato reverenter acceptus, super tapete ac pulvino ibidem paratis genuflexus Crucem sibi ab Admodum Patre Domino Nicolao Pissetta Rectore huius Ecclesiae porrectam deveneratus et osculatus est. Mox praecedente Clero cum Cruce, et cantoribus solita canentibus, sub bellicorum strepitu tormentorum et campanarum sonitu, Ecclesiam ipsam, consuetis caeremoniis servatis, plurimis musicalibus instrumentis resonantem, solemniter ingressus est. Ante Altare Maius in faldistorio genuflexus, Sanctissimum Sacramentum adoravit; cantatis interim decantandis, Altare ipsum ascendit, et recitata Sanctissima oratione Titularium, populo benedixit, et Indulgentiam Plenariam, ut ante per Breve Apostolicum concessam, publicari iussit. His peractis, venit ad Thronum in cornu Evangelii Altaris Maioris positum, [209] ubi ad osculum manus admissis Admodum Reverendo Rectore et Sacerdotibus huius Parochiae, sumptisque Pontificalibus apparamentis, adsistentibus sibi in dalmaticis, Admodum Dominis Patribus Francisco Camillo Sauro, Rectore S. Pauli Veteris, ac Dominico Franzosi, Rectore S. Margaritae, exequias pro defunctis persolvit. Post haec visitavit Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in Pixide argentea intus inaurata, in Tabernaculo marmoreo in medio Altaris Maioris sito sub tuto ostiolo, et seris una tantum clavi servatum. Ex interrogationibus habitis accepit Sacramentum hoc renovari temporibus debitis, signa dari in vero cum de mane sit ad infirmos deferendum, et indulgentias publicari; schedas in Pashale communicatis distribui et colligi, ac lampadem iugiter ardere sumptibus Admodum Reverendi Rectoris. Non adest Societas Sanctissimi Sacramenti, unde suppellectiles et intorticia ad associandum Sanctissimum Sacramentum ad infirmos a Reverendo Rectore manutinentur. Vidit dictas suppellectiles, quae descriptae sunt in polycea exhibita et posita in fine sub littera "S". Admodum Reverendus Rector applicat diebus Festis de praecepto pro populo. Peracta visitatione Sacramenti, et benedictione populo impertita Illustrissimus, et Reverendissimus Pater Dominus Antistes ad Thronum suum venit, et indutus apparamentis Sacerdotalibus adsistentibus sibi in dalmaticis prae-nominatis Admodum Reverendis Dominis Rectoribus, Sacrosanctum Missae Sacrificium celebravit, infra quod quadraginta duo utriusque sexus Christifideles Eucharistico [210] pane cibavit. Celebrata Missa ad aedes habitationis Nobilis Domini Comitum Hieronymi Rambaldi se contulit, ubi humassime acceptus parvo temporis intervallo sedit et quievit. Post haec in Ecclesiam reversus sumpta stolam super Rochetum et Mitram triginta circiter

christifideles Sacro Chrismate signavit. Deinceps visitavit Fontem Baptismalem existentem subtus Cantoriam contra Portam Ecclesiae non multos annos ante de dicta Episcopali visitatione, erectum et rite constructum (*Nota: nell'italiano antico e nella lingua liturgica, "fonte" ha mantenuto il genere maschile in alcuni contesti religiosi, in particolare per indicare la vasca del battesimo. Quindi, "il fonte battesimale" è una forma arcaica e tradizionale che si è conservata nel linguaggio ecclesiastico, quindi l'uso del genere maschile è perfettamente legittimo*). Vidit Olea Sancta in vasculis ex stanneo intus armariolum a parte Evangelii Altaris Maioris servata. Subinde infrascripta visitavit Altaria, nimirum Altare Maius ex marmoribus cum icona praevia, favente imagines S.S. M.M. Faustini et Giolitae Titularium manutenetur de omnibus ab Admodum Reverendo Domino Rectore. Adest Legatum Missarum prout in polycea exhibita, et in fine registrata sub littera S, quae missae celebrantur ab Admodum Reverendo Rectore. Altare Beatae Mariae Virginis marmoreum in mensa cum Portatili, et icona; Altare S.S. Petri et Pauli in mensa marmoreum cum Portatili, et icona. His nulla obligatio adest Missarum. Postea visitavit duo Confessionalia, totam inspexit Ecclesiam et Cantoriam, quae Ecclesia est parva et pesantisque structurae cum tecto ac separatione indigens. Ecclesia haec confertur per concursum ab Ordin

ario cessantibus [211] reservationibus et affectionibus Apostolicis. Habet redditus exiguos ut in polycea iam exhibita et registrata in fine sub littera S. Admodum Reverendus Pater Dominus Nicolaus Pisetta, Sacerdos huius civitatis aetatis annorum 67, est modernus Rector huius Ecclesiae, vigore litterarum Apostolicarum quas ostendit ad sui favorem relaxatarum sub data Romae apud S. Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicae 1732 die quinto idus Aprilis. Visitavit Sacristiam et in eam apparamenta, Vasa Sacra, et alias suppellectiles, quibus satis haec Ecclesia provisa existit et vidit etiam armaria in quibus apparamenta ipsa custodiuntur et descripta sunt in polycea ut ante registrata. Demum intravit in domum Parochialem, qua est Ecclesia contigua mediante vado, et andito subtus vadum iposum Athesis ,Habet redditus exiguos ut vidit in polycea iam exhibita et registrata in fine sub littera S. Admodum Reverendus Dominus Nicolaus Pisetta, Sacerdos huius civitatis aetatis annorum 67, est modernus Rector huius Ecclesiae, vigore litterarum apostolicarum quas ostendit ad sui favorem relaxatarum sub datum Romae apud S. Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicae 1732 quinto idus Aprilis. Visitavit Sacristiam et in eam apparamenta, Vasa Sacra, et alias suppellectiles, quibus satis haec Ecclesia provisa existit et vidit etiam armaria in quibus apparamenta ipsa custodiuntur et descripta sunt in polycea ut ante registrata. Deinde intravit in Domum Parochialem quae est Ecclesia contigua mediante vado et aditu subtus vadum ipsum proximum Athesi existens respondet in Ecclesiam praedictam et in cubiculo ad id parato pro Tribunali sedens una cum Nobili et Reverendo Vicario visitatore, audivit a Nobili Domino Comite Hieronymo Rambaldi huius contractae proximo habitatore optimam relationem de vita, moribus, servitio Ecclesiae et diligentia in exercitio curae animarum Admodum Reverendi Rectoris, ac etiam de vita, moribusque Sacerdotum sub hac Parochia habitantium. Subinde coram Sua Illustrissima et Reverendissima Dominatione, vocatus venit Admodum Reverendus Pater Dominus Rector et interrogatus de vita, moribus Sacerdotum suae Parochiae, et de statu animarum, respondit Sacerdotes suae Parochiae bene, et religiose vivere, animasque huic Parochiae a Communionem subesse n° 180 in [212] totum 260 et neminem inter eos existere publicum peccatorem aut praecepto Ecclesiae inobedientem. Post haec, praesentavit libros Renatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum et Mortuorum bene tentos. Successive comparuerunt Reverendus Pater Dominus Dominicus Franzosi Sacerdos de hac Parochia Rector Ecclesiae S. Margaritae aetatis annorum 61 circiter, habet mandatum pro cura ad annum. Reverendus Pater Dominus Petrus Marcanzani Sacerdos de hac Parochia aetatis annorum 52 circiter inservit Parochiali S. Ioannis in Valle, ostenditque mandata ordinum. Reverendus Pater Dominus Iulius Lonardi Sacerdos de Marano huius dioecesis aetatis annorum 26 circiter, incola huius Parochiae praesentavit mandata ordinum. Postea venerunt Dominus Antonius Sterzi Visitor Scholae Doctrinae Christianae tam

discipularum in Ecclesia simplici S. Apolloniae, quam discipularum in hac Parochiali, nec non Nobiles Dominae Comitissae Francisca Malfatti visitatrix et Elizabeth Spiazzi Priorissa huius Scholae et ab ipsis acceptis venerationis ac reverentiae argumentis, de domo Parochiali cum eis descendit in Ecclesiam Parochialem, ubi collectam invenit dictam Scholam discipularum doctrinae in suas classes distributarum, et visis prius ac visitatis Cathagis et libris in quibus Communiones registrantur, per varias interrogationes compertum habuit maxime animi sui gratulatione tam discipulas, quam operarias optime edoctas esse in Doctrina Christiana et in rebus ad aeternam salutem scitu necessariis, qua de re eis nonnulla praemia distribuit. **[213]** His peractis reservans sibi aliud tempus visitare Scholam discipulorum, quae exercetur in dicta Ecclesia S. Apolloniae Schola quae hac dirigitur, oravit denuo pro defunctis, et huiusmodi suam Pastoralem Visitationem absolvit. Acceptisque a Dominis Principalioribus contractae, et a dicto visitatore Scholae Doctrinae Christianae nec non ab Admodum dicto Reverendo Patre Rectore debitis gratiarum actionis argumentis, ad Palatium suum Episcopale cum suo comitatu Rhedis mediantibus ad prandium sumendum se contulit et ita. **Die Martis a prandio 22 Mensis Decembris 1761** Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Veronensis Comes, terminato concursu hodie habito ad plebem S. Mariae de Manerba Vallis, deinde huius diei Rhedam conscendit una cum Nobili et Reverendo Patre Domino Maria Iosepho Muselli, Archipresbytero Cathedralis, et suo Vicario Gentili, **[A margine Monasterio di Santa Chiara]** me Nicolao Bovio Praesbytero Cancellario et reliquo suo comitatu, et ad visitandam clausuram Veronensis Monasterii Monialium S. Clarae huius Civitatis, Reverendorum Patrum Ordinis Minoris observantiae S. Francisci subiectarum se contulit. Ad Portam Monasterii perventus praesto fuerunt Admodum Reverendi Patres Fratres Benvenutus a Verona, guardianus conventus S. Bernardini; Peregrinus a Verona ex provincialis; Reverendi Patres Fratres Hieronymus a Verona, Confessor extra ordinem deputatus Monialium praedictarum, et Hiacinthus a Verona, omnes eiusdem Ordinis Minoris **[214]** observantiae S. Francisci. Sua Illustrissima et Reverendissima Dominatio, venerationis et obsequiis testimonia exhibentes, et aperta ianua Monasterii ab Admodum Matre Abbatissa, a nonnullis aliis principalioribus Monialibus obsequiis ac summae reverentiae argumentis ab ipsis Monialibus ibi velatis existentibus datis, cum Veneratione receptus dictisque Monialibus praecedentibus atque a Reverendis patribus nominatis associatus simul cum Nobili et Reverendo Domino Vicario Gentili, me Cancellario, Sacerdotibus suis familiaribus ad Chorum venit, ubi visitavit ostiolum a Communionem et Rotam ibi existentem, nec non locum proximum Confessoris et fenestellam cum suis ferratis cratibus et tela, etiam aliam Rotam ibi pariter existentem. Visitavit insuper omnia Parlatoria, omnesque fenestellas et crates et omnes muros per circuitum Monasterii et quidquid ad clausuram pertinet. Quibus expletis cum certe habuerit compertum omnem huiusce clausuram Monasterii optime esse servatam, habitis ab ipsis Monialibus et a Patribus praedictis grati animi testimoniis, e Monasterio egressus cum omnibus iis qui secum intraverant, et, Rheda conscensa, ad Palatium suum Episcopale redivit, et ita. **Die Lune 28 Mensis Decembris 1761 recurrente festivitate S.S. Innocentium.** Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Veronensis Comes hora circiter tertiarum **[215]** sumptis secum Nobili et Reverendissimo suo Vicario Gentili, me Nicolao Bovio praefato Cancellario, et suis Sacerdotibus ac familiaribus, quadriga vectus se contulit ad visitandam Ecclesiam et Monasterium Sanctissimi Redemptoris huius Civitatis. Prope Ecclesiam perventus, et de quadriga descensus, fuit reverenter **[A margine Monache del Redentore]** sub Baldachino gestato ab Admodum Reverendis Dominis Nicolao Pisetta Archipresbytero S.S. Faustini, et Giovitae, Francisco Camillo Sauro Rectore S. Pauli Veteris, Dominico Franzosi Rectore S. Margaritae, Pio Gaidoni Archipresbytero S. Benedicti, Lauro Lanori Archipresbytero S. Salvatoris ad Frignanum ac Alexandro a Ritia Archipresbytero S. Petri in Castro receptus, ubi deosculata Cruce sibi a Reverendo Patre Domino Francisco Scamperle Confessario Ordinario Monialium porrecta, per solitas caerimonias, campanis pulsantibus, accepto thurificationis honore et aqua benedicta, asperso populo in limine Portae Ecclesiae, in ipsam Ecclesiam

Sanctissimi Redemptoris, instrumentorum musicalium resonantem solemnem suum habuit ingressum. Ante Altare Maius in faldistorio genuflexus brevem orationem fecit, et interim cantatis decantandis, Altare ipsum ascendit, Ibique Titularis, oratione recitata, de medio Altaris populo solemniter benedixit, et Indulgentiam Plenariam, in die huiusmodi visitandam Ecclesiam hanc visitantibus, per Breve Apostolicum concessam, publicari fecit. Deinde in Throno a parte Evangelii Altaris Maioris sibi parato sedens Admodum Reverendum Confessorem et Reverendarum Monialium Cappellanos ad [216] osculum manus admisit et adsistentibus sibi in dalmaticis Admodum Reverendo Patre Domino Nicolao Pisetta Archipresbytero S.S. Faustini et Giovitae ac Reverendo Patre Domino Dominico Franzosi Rectore S. Margaritae, Pontificalibus indutus exequias pro defunctis absolvit. Postea visitavit Sanctissimum Eucharisticum Sacramentum in argentea Pixide interius auro linita intus Tabernaculum marmoreum in medio Altaris Maioris situm sub tuto ostiolo triplici sera et clavi rite constructum; ubi ex perquisitionibus factis habuit Sanctissimum Sacramentum renovari in temporibus debitis et lampadem ante eum igitur ardere impensis Monasterii. Sacra Pixide ad ostiolum Communionis per Reverendum Confessarium delata, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus, recitatis prius solitis orationibus, propria manu Reverendas Moniales, Conversas Sorores et Educandas Angelorum pane refecit. Post haec reposita Pixide super Altare hymno decantato, thure adhibito, et oratione recitata Sacramenti benedictionem omnibus adstantibus est impertitus. Ad Thronum reversus adsistentibus sibi semper quibus supra, apparamenta induit Sacerdotalia, et ad Altare Maius procedens Missam celebravit. Qua terminata, apparamentis depositis, et gratiis Deo actis, misit stolam super Rochetum cum Mitra et plusquam viginti Christifideles utriusque sexus Sacro Chrismate perunxit. [217] Successive visitavit Altaria sequentia scilicet. Altare Maius in mensa, gradibus et Tabernaculo marmoreum, et ex ligno in reliquis partibus, cum Portatili, et icona cum imagine Sanctissimi Redemptoris. Huic inest Privilegium pro defunctis in die eorum commemorationis. et singulis diebus infra octavam, nec non Feria 2a hebdomadae prout in polycea exhibita et sub littera in fine huius T posita. Altare Beatae Virginis Mariae Assumptae cum icona super qua extat imago Sanctissimi Crucifixi ex ligno sculpta. Habet Portatile, est marmoreum in mensa, ligneum in reliquis. Altare S. Augustini cum Portatili et icona, pariter cum mensa ex marmore et ex ligno in reliquis. Quinque sunt in hac Ecclesia Officiatura, seu Mansionaria prout videre licet in polycea supracitata sub litteras T. Earumque onera adimplentur a Reverendis Sacerdotibus in ea nominatis. Alia duo extant Legata Missarum pariter in praedicta polycea descripta. Ecclesia haec erecta fuit, et benedicta de anno 1675 et Sanctissimo Redemptori dicata. Monasterium vero fundatum fuit sub regula S. Augustini; Moniales ex Privilegio induunt habitum Canonorum Lateranensium Regularium et in clausuram positae fuerunt die 8 Maii 1689 in felici recordatione Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi Veronensis Sebastiani Pisani sub titulo Congregationis Virginum Sanctissimi Redemptoris. Moniales a Choro sunt n° 32, Conversae n° 11, educandae [218] n° 4. Haec moniales gaudent triduanis indulgentiis plenariis perpetuis futuris temporibus per litteras apostolicas concessis, ut in praedicta polycea. Vidit ostiolum a Communione a parte Epistolae Maioris Altaris, et Rotam ab alia parte Evangelii rite constructam, ad subministranda paramenta Sacristiae. Visitavit Sacristiam, et in ea Vasa Sacra et suppellectiles sibi asservari solitas; vidit quoque parvum locum Sacristiae proximum, et in eo fenestellam crate, et lamina ferrea cum foraminibus munitam, qui locus nuncupatus est parvum Confessorium. Vidit organum super Portam Ecclesiae, totamque inspexit Ecclesiam quae nonnullas habet tabulas depictas in muris insertas, atque bonae structurae. Intravit in locum Confessoris et in eo visitavit fenestellam crate et lamina ferrea perforata cum tela linea rite munitam ac etiam visitavit Rotam proximam dictae fenestellae; vidit scalam per quam ascenditur ad organum Ecclesiae, et eam ascendens, vidit alium locum super Confessorium, per quem ad organum ipsum patet aditus. Et dum in hoc Confessionario reperiebatur, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Antistes, supplicationibus sibi factis benigne annuendo, administravit Sacrum Chrisma Dominae Barbarae Fontana, filiae Excellentissimi Domini Patris

et Advocati Ioannis Mariae de Parochia S. Mariae in Organis, quae in hoc Monasterio educatur, cuius matrina fuit Nobilis Domina Marchionissa Francisca Maria Sagramosio Brà. [219] Deinde se contulit ad Parlatoria exteriora, ubi observavit fenestellas, et Rotas omnes in eis existentes rite constructas ac munitas. Quibus habitis, intravit in Monasterium una cum Nobili et ReverendO Domino suo Vicario Gentili, Nobili et Reverendo Patre Hortensio Cartolari Canonico Coadiutore, Admodum Domino Petro Antonio Censi, Archipresbytero S. Mariae ad Clavicam caerimoniarum Magistro, me Cancellario, Admodum D. Nicolao Pisetta Rectore S.S. Faustini et Giovitae, Admodum Reverendo Confessario ordinario, ac Reverendis Sacerdotibus familiaribus Suae Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis ac Reverendis huius Monasterii Cappellanis et ante Portam, Monialibus omnibus genuflexis, veloque coopertis existentibus, benedixit, ac fecit eas assurgere, ac velum levare. Quibus praecedentibus, servato processionis ordine, in Chorum seu Ecclesiam interiorem iter direxit. Hic genuflexus, facta brevi oratione, incipit hymnum "Veni creator spiritus", quo finito venit ad Thronum sibi decenter paratum et ab eo sermonem paternum fecit ad Moniales in suis respectivis sedilibus sedentes. Quo completo, sumptisque Pontificalibus indumentis, exequias absolvit animabus Monialium defunctarum. Visitavit Olea Sancta bene tenta; et postea infrascriptas Sacras rReliquias visitavit, nempe particulas ex sacris ossibus S. Augustini Episcopi doctoris et ex planeta S. Ubaldi Episcopi Confessoris, alis in Curia nostra episcopali recognita sub die proxima Iunii 1760, [220] nec non Sacra Crux S. Urbani Martyris et ex Sacris Ossibus S.S. Gaudentii, Pacifici, Honorati et Speciosae pariter in Curia Nostra Episcopali praedicta recognitas, prout ex instrumento ipsiusmet Nostrae curiae confecto die 24 Iunii 1730. Visitavit insuper Ostiolum a Communione, et Rotam per quam apparamenta Sacristiae exteriori subministrantur. Subinde invenit in Sacristiam interiorem, et vidit apparamenta, Vasa Sacra et suppellectiles omnes bene et perpolite instructas et quae descriptae sunt in inventario in fine huius reposito. Observavit etiam armarium eleganter constructum, in quod apparamenta ipsa servantur. Vidit locum Confessoris et in eo Rotam ac fenestellam caute formatam. Vidit Campanile et ascendit ad Dormitorium, ac per eum invenit in cellas omnium Monialium a Choro, nec non in eas Sororum Conversarum, et locum separatum, in quo pernoctant Puellae Educandae. Deinceps visitavit loca omnia superiora Monasterii, et exinde descendit ad visitanda loca inferiora, Capitulum, refectarium, coquinam et locum scriptorium (*Scriptorium*), in qua visitavit Libros Monasterii computum reddituum et expensarum apparentium a polycea a Rev. Matre Scriptorissa praesentata, et in fine sub littera T registrata. His peractis visitavit ab intro Parlatoria et fenestellas ac Rotas in eis existentes. Postea visitavit locum, in quo mundantur pannis lineis ac etiam [221] curtes, hortum et omnes muros, qui Monasterium circumdant. Vidit cellam vinariam et omnia subterranea loca. Quo facto in Ecclesiam interiorem iterum venit, ubi pro defunctis oravit, et sibi reservando in alterum diem sumere examen Monialium, et eaque facere vite ordinata, quae opportuna sibi videbuntur a futura decisione. [A margine "*Vide sub die 18^o Ianuarii 1762 proximo futuri*"] Sera adveniente, egressus e Monasterio cum omnibus supranominatis, acceptis prius ab Admodum Devota Matre Electa Angela Stoppi, Abbatisa et reliquis Monialibus obsequiis et gratiarum actionis testimoniis, benedictionem suam eis iterum impertita, Rhedam conscendit et ad Suum Episcopale Palatium cum toto suo comitatu praeversus redivit et ita. **Die 3 Ianuarii 1762 recurrente Dominica die Festo** Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Veronensis Comes sumptis secum Nobili et Reverendo Domino Ferdinando Manuelli Canonico Vicario suae Visitationis, me Cancellario, ac Caerimoniarum Magistro, suisque Sacerdotibus et familiaribus, hora circiter decima septima per Quadrigas suas ad visitandam Ecclesiam Parochialem S. Georgii in Brayda huius Civitatis, et successive Monasterium Sanctimonialium S. Mariae de Reggio, vulgo de S. Georgio, profectus est. Ad confinia contractae, sub arcu ad hoc erecto a Quadriga descensus ab Illustrissimo Domino Ioanne Suttori Sindico, abque Domino Ioanne Paulo Meriggi de Azzolinis, et Dominico Maiida deputatis, venerationis et obsequiis in parte, et nomine totius contractae recepit argumenta mox sub Baldachino gestato ab Reverendo Domino Nicolao Pisetta Archipresbytero S.S. Faustini et

Giovitae, Francisco Camillo Sauro Rectore [222] S. Pauli Veteris, ab Dominico Franzosi, Rectore S. Margaritae, Iacobo Soave Archipresbytero S. Ioannis in Fonte, Pio Gaidoni Archipresbytero S. Benedicti ac Alexandro a Ritia Archipresbytero S. Petri in Castro, reverenter receptus Crucem a Reverendo Iosepho Mazzi Curato sibi porrectam veneratus et deosculatus est. Postea praecedente Clero cum Cruce et Cantoribus, per viam publico ornatu paratam ad Ecclesiam profectus est et in limine Portae Maioris, stans super tapete ibidem parato, accepit aspergillum a manu praefati Reverendi Curati, et aqua benedicta signavit se, ac populum circumstantem aspersit, habitaque pariter thurificatione, solemniter Ecclesiam ipsam musicalibus instrumentis resonantem ingressus est. Ante Altare Maius in faldistorio genuflexus **[A margine S. Giorgio]** oravit et solitis cantibus interim decantatis, ad Altare ipsum ascendit, eoque deosculato, ac oratione S. Georgii Martyris Titularis recitata, populo solemniter benedixit. Post haec, ad Thronum sibi a parte Evangelii paratum venit, ubi prius ad osculum manus Reverendum Curatum, Sacerdotes, Cappellanos et Clericos huius Ecclesiae admisit, et adsistentibus sibi in dalmaticis Admodum Reverendis Dominis Francisco Camillo Sauro, Rectore S. Pauli Veteris, ac Pio Gaidoni, Arcipresbytero S. Benedicti, Pontificalia sumpsit apparamenta, et in Throno Pastoralem ad Populum habuit sermonem; quo completo, populo itidem benedixit, ac Indulgentiam Plenariam omnibus Ecclesiam hanc in diebus Visitationis Pastoralis visitantibus per Breve Apostolicum concessam publicari fecit. His habitis, adsistentibus iam quibus supradictis exequias pro defunctis tam in Ecclesia, [223] quam in proximo coemeterio absolvit. Successive visitavit Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in Pixide argentea in cuppa, in pede vero cuprea intus inaurata, in Tabernaculo marmoreo in medio Maioris Altaris, sub tuto ostiolo tribus seris, et clavibus ex argento custoditum. Hic Reverendus Curatus interrogatus dixit Sacramentum temporibus debitis renovari, Schedas Communicatis tempore Paschali distribui et colligi, signa dari in sera cum de mane sit Sacramentum ad infirmos deferendum et indulgentia devote associantibus concessas publicari. Lampadem iugiter ardere sumptibus Monasterii, modo non adesse Societatem Sanctissimi Sacramenti, qua temporibus (transactis) praeteritis existeret erecta et unita Confraternitati Sanctissimi Crucifixi ut relatum fuit. Vidit suppellectiles pro associando Sanctissimum ad infirmos, quae cum quattuor intorticiis (candle ritorte) manutinentur ex eleemosinis contractae, altera quattuor intorticia manutinentur a Monasterio in vim decreti Episcopali diei 16 Aprilis 1750. Quibus peractis post hymnum, thurificationem, aliaque de ritu observanda, Sacramenti benedictionem populo impertitus est. Postea Sacerdotalia induit apparamenta et adsistentibus sibi praefatis Admodum Domino Francisco Camillo Sauro, Rectore S. Pauli Veteris, ac Pio Gaidoni, archipresbytero S. Benedicti, Sanctissimum Missae Sacrificium peregit. Quo completo, depositis Sacerdotalibus, sumpsit pontificalia apparamenta et, recitato Confiteor, bis centum et octo Christifideles mares et feminas (*foeminas è latino arcaico, più esatto feminas*) eucharistico pane recreavit. Deinde, depositis Pontificalibus, in Parlatorium Maius venit, ubi ab Admodum Reverendis Matribus Monialibus Priorissa et Vicaria venerationis et venerantiae plurima habuit argumenta et, post parvum temporis intervallum quieti tributum, ibi stolam et Mitram indutus [224] Missam et Confirmationem administravit Nobilibus Dominis Ludovica et Iosepha Bianchini filiabus Nobilis Caroli in hoc Monasterio in educatione existentibus. Quarum matrinae fuerunt Nobiles Dominae Comitissae Francisca Bevilacqua Giusti et Margarita Negroboni Bevilacqua de hac Civitate. Post haec redivit in Ecclesiam, et Pontificalibus sumptis vestibus centum quinquaginta Christifidelibus utriusque sexus Sacram Synaxim distribuit et successive centum et viginti circiter cum Sacro Chrismate in fronte signavit. Quibus habitis, Clero praecedente, se contulit ad domum habitationem Reverendi Curati a Monasterio illi assignatam, et ibi in cubiculo ad id parato sedens pro tribunali, una cum Nobili et Reverendo Canonico suae Visitationis Vicario, et coram Sua Illustrissima et Reverendissima Dominatione se praesentavit Reverendus Dominus Pater Joseph Mazzi, qui ad praesentationem Reverendarum Monialium cum mandato ad annum a Curia Episcopali Nostra concesso huius Ecclesiae Parochialis curam animarum exercet. Habet pro honorario a Monasterio Thronos

sescentos triginta duos, masculos octo, cum onere celebrandi quotidie pro obligationibus Monasterii prout in polycea in fine huius libri registrata sub littera V. Ostendit documentum suum mandatum pro cura de anno in annum usque nunc confirmatum, una cum libris Parochiae vidit Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum et Mortuorum bene instructos. Interrogatus respondit de vita, moribus, et servitio Ecclesiae, Sacerdotum et Clericorum huius Parochiae, ac de frequaentia Scholae Doctrinae Christianae, omnes religiose vivere Ecclesiae laudabiliter inservire atque Scholam Doctrinae Christianae assidue frequentare. Interrogavit de statu animarum, et an adsit aliquis inconfessus in Pashale, publicus peccator, usurarius. Respondit huic Parochiae subesse animas [225] a Communione 678 in totum vero 893 et Parochianos omnes Deo favente, christiane vivere, nec ullum habere inobedientem praeceptis Ecclesiae, vel publicum peccatorem. Dein venerunt Domini Ioannes Suttori et Ioannes Paulus Meriggi de Azzallinis Deputati huius contractae, qui interrogati de vita, moribus, ac diligentia in exercitio curae animarum Reverendi Curati, nec non de vita, moribus, ac servitio Ecclesiae Sacerdotum et Clericorum huius Parochiae, bene de omnibus retulerunt. Insti Domini Deputati supplicaverunt Suam Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem ut dignaretur et vellet erigere Confraternitatem in honorem Sanctissimi Sacramenti, cum multi sint Parochianos, qui cupiunt se aggregari huiusmodi Confraternitati. His auditis Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus mandavit interim formari capitula pro erectione huiusce Confraternitatis, sibi reservans post visitationem, tamquam in visitatione decernere utrum haec Confraternitas sit erigenda in hac Ecclesia Parochiali S. Georgii vel de non unienda Confraternitati Sanctissimi Crucifixi et ita. Successive venerunt Reverendus Dominus Bernardus Avesani, Sacerdos de hac Parochia, aetatis annorum 39, qui coadiuvat in cura Reverendum Curatum, cum mandato ad annum, et celebrat in hac ut in polycea. Reverendus Dominus Pater Dominicus Stringari, Sacerdos de S. Ioanne in Fonte, aetatis annorum 42, habet mandatum ad annum, et celebrat in hac Ecclesia, pro Legato ut in fine registrato sub dicta littera V, est Confessor Ordinarius Monialium S. Theresiae. [226] Reverendus Pater Dominus Ludovicus Zambelli, Sacerdos de S. Stephano, aetatis annorum 35, inservit huic cum mandato ad annum pro hac cura et celebrat pro Legato, ut in polycea. Reverendus Pater Dominus Camillus Bascheni, Sacerdos de S. Ioanne in Fonte, aetatis annorum 48, inservit huic ubi celebrat pro obligationibus Monasterii, ut in polycea. Rev. P. D. Ioannes Bosi, Sacerdos de hac, aetatis annorum 31, habet mandatum pro hac cura ad annum et celebrat diebus Festis in hac Ecclesia pro populo ut in polycea. Reverendus Pater Dominus Baptista Orlandi, Sacerdos de hac, aetatis annorum 24, inservit huic. Reverendus Pater Dominus Bonaventura Sacchi Sacerdos de hac aetatis annorum 62 habet mandatum ad annum pro cura Parochiali S. Crucis de Cittadella cui inservit. Reverendus Pater Dominus Ioseph Peretti Sacerdos de Castrorupto huius dioecesis aetatis annorum 31 incola huius Parochiae cui inservit cum mandato ad sex menses pro maribus. Reverendus Pater Dominus Stephanus Ruzzenente Sacerdos de S. Stephano aetatis annorum 34, Cappellamus Oratorii Sanctissimi Crucifixi infra limites huius Parochialis, cui inserevit cum mandato ad annum pro hac cura. Clericus Franciscus Ferrari in Minoribus constitutus de hac Parochia aetatis annorum 24 inservit huic. Clericus Ioannes Dolci tonsuratus de hac aetatis annorum 21 Accolitus Cathedralis, qui omnes praesentaverunt sua mandata, quae visa, ipsis respective restituta fuerunt. Camparuerunt deinceps Dominus Ioannes Paulus Meriggi de Azzallinis Visitator, Dominus Ioannes Tosi Prior, Franciscus Dolci ac Bernardus Marani, Cancellarius Scholae Doctrinae Christianae, qui praesentaverunt cathaloga et libros in quibus registrantur frequentiae et Comuniones operariarum, quae bene omnia et bene tenta observavit. [227] His peractis, a domo Parochiali descendens ad Confessorium exterius, illudque visitavit observando crates et Rotas in eo existentes rite constructas; vidit quoque proximum cubiculum in quo, in casibus in quibus praestanda sit Monialibus morientibus adsistentia pernoctat Confessarius. Ex domo exteriori Confessionario egressus, rediit in Ecclesiam cum invenerit collectam Scholam Doctrinae Christianae tam discipulorum, quam discipularum, multumque alium populum, Thronum suum ascendit, et longo

temporis spatio Catechismum fecit, et omnes adstantes familiari sermone explanando Doctrinam Christianam de Mysteriis fidei, aliisque ad aeternam salutem scitu necessariis instruxit. Quibus habitis, cum ad nos peraxerit, acceptis praenominatis Dominis deputatis, et reverendo curato, omnique clero gratiarum actionis et venerationis argumentis, sibi reservans in crastinum Pastoralem hanc Suam Visitationem continuare, suam Rhedam ascendit, et ad Palatium Episcopale ad prandium sumendum se contulit una cum reliquo suo comitatu, et ita. **Die Lunae 4^a Ianuarii praedicti 1762, hora circiter 17ma.** Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus antedictus, una cum Nobili et Reverendissimo Domino Iosepho Muselli, Archipresbytero Cathedralis et suo Vicario Gentili, ac Nobili et Reverendissimo Patre Ferdinando Manuelli, Canonico visitatore Vicario praecitato, me Cancellario et reliquis suis Sacerdotibus familiaribus, mediantibus Rhedis suis ad antedictam Parochialem Ecclesiam S. Georgii in Brayda redivit, ut Suam Pastoralem Visitationem Ecclesiae et Monasterii perspiciat. Ad Portam Ecclesiae perventus, quadriga relictas, aspensorium accepit de [228] manu Reverendi Domini Ioannis Doriginii Confessoris Ordinarii monialium, pluviali induti, et lustrali aqua signavit se ac populum adstantem aspersit. Ante Altare Maius provolutus super genuflexorium paratum oravit et venit ad Thronum, ubi adsistentibus apparatis sibi Admodum Reverendis Dominis Francisco Camillo Sauro Rectore S. Pauli Veteris, ac Pio Gaidoni Archipresbytero S. Benedicti, sacra induit apparamenta, et Monialibus, Sororibus Conversis ac Educandis Sanctissimum Sacramentum Eucharisticum administravit. Intus Tabernaculum per Reverendum Confessarium sacramento reposito, iterum ad Thronum venit, et praemissa praeparatione, sumptis apparamenta Sacerdotalia ac Sacramentum Missae sacrificium celebravit. Expleta Missa, visitavit Fontem Baptismalem (*qui si intende il Fonte Battesimale al maschile*) nuceo ciborio clausum et decenti canopeo coopertum, cum imagine S. Ioannis Baptistae in sumitum, ferrisque cancellis munitum. Olea Sancta intus armariolum in cornu Evangelii Altaris Maioris servata, ea videlicet pro Baptisterio in Vasis stanneis, et Oleum Infirmorum in Vasculo argenteo intus capsulam nuceam, et bursam violaceam, aliud pariter Vasculum pro infirmis, quod apud se retinet Reverendus Pater Dominus Bernardus Avesani procuratus, qui moratur extra Portam Civitatis, pro casibus qui occurrere possunt praecipue tempore noctis Parochianis extra Portam ipsam degentibus. Successive in'sta (*sta per questi*) visitavit Altaria, nimirum Altare Maius S. Georgii Martyris huius Ecclesiae Titularis dicatum ex marmoribus collustratis affabre erectum cum in medio Tabernaculum itidem ex marmoribus pretiosis, ac figuris aeneis ornatum et iconam [229] eiusdem Martini Sancti opus insigne celeberrimi Pauli Caliarum Veronesis pictoris. Hoc est consecratum prout etiam Ecclesiam, cuius dedicationis anniversarium quotannis celebratur die 27 Aprilis. Huic Altari concessum est privilegium quotidianum pro defunctis ad septennium. Nonnulla hic adsunt Legata Missarum, "Martini Sancti opus insigne celeberrimi Pauli Veronesis pictori Veronensis. Hoc est consecratum prout etiam Ecclesiam, cuius dedicationis anniversarium quotannis celebratur die 27 Aprilis. Huic Altari concessum est privilegium quotidianum pro defunctis ad septennium; nonnulla hic adsunt Legata Missarum, nempe Officiatura Missae quotidianae ordinatae a quondam Reverendo Domino Ludovico Asola cum Testamento 24 Iunii 1664 in actis Tresana Notarii. Assertum fuit adesse reductionis decretum diei proxima Martii 1746, pro qua Officiatura celebrat Reverendus curatus Missas 250 in anno. Officiatura quotidiana, una tantum in hebdomada excepta, ordinata a quondam Reverendo Domino Christophoro Benella de Laudi cum Testamento 23 Ianuarii 1709 in actis cuiusdam Domini Antonii Seriatum Notarii. Hanc adimplet Reverendus Dominus Bernardus Avesani procuratus (*Parochi*), Officiatura sex Missarum in hebdomada facta a quadam Elizabeth Brevia medio instrumento cessionis, rogato die 27 Maii 1654 manu cuiusdam Domini Antonii Seriatum Notarii satisfit a Reverendo Domino Dominico Stringari. Officiatura relictas a quadam Nobili Domina Cornelia Vertua Burri medio codicillorum 10 Aprilis 1652, in actis cuiusdam Domini Francisci Ferro Notarii modo celebrantur Missae 260 in anno vigore Decreti reductionis die 15 Martii 1746, celebrat Reverendus Pater Dominus Ludovicus Zambelli. Altare S. Barnabae Apostoli, ex marmoribus collustratis cum Portatili [230] et icona antedicti celeberrimi Caliarum. (*si*

può scrivere ed accettare correttamente anche il cognome Cagliari; sono entrambi esatti) Altare Beatae Mariae Virginis ex marmoribus consecratum, habet iconam depictam a Hieronymo Tailibri. Huic Altari relicta fuit Officiatura trium Missarum in hebdomada a quodam Reverendo Domino Cmanonico Stephano Trentossi cum assignatione dierum, quibus eadem Missae forent celebrandae prout in eius Testamento 4 Augusti 1661 et subsequentibus codicillis 1663 in actis cuiusdam Domini De Alexandriis Notarii et nunc satisfacit Reverendus Pater Dominus Camillus Bascheni. Altare Sancti Laurentii marmoreum in mensa tantum, in reliquis ligneum et consecratum, habet iconam repraesentantem Martyrium, eiusdem Sancti Laurentii depictam a Sigismundo de Stephani. Altare Sanctissimi Corporis Christi ligneum cum mensa marmorea consecrata. Adest icona antiqua in ligno depicta a pictore Ioanne Francisco Caroto, super quam est tabula ovalis formae, insigne opus Dominici Brusasorzi. Altare S. Ursulae Virginis et Martyris ex ligno confectum cum mensa marmorea consecrata et icona eiusdem Sanctae a praedicto Caroto depicta. Altare Sanctae Mariae Magdalenae habet mensam marmoream consecratam, et iconam, opus Francisci Montemezzano. Altare S.S. Bernardi, Antonii et aliorum Sanctorum Abbatum ex ligno habet mensam marmoream consecratam, et eorum iconam depictam, fuit a Pasquale Ottino. Altare Spiritus Sancti ligneum, sed marmoreum in mensa, iam consecrata icona depicta a Dominico Tintoretto. Altare Angelorum ex ligno cum mensa marmorea consecrata. [231] Icona est opus Dominici Brusasorzi. Altare Sanctae Ceciliae, Virginis et Martyris, ex marmoribus collustratis, cum Portabili et icona ipsiusmet Sanctae aliorumque duorum (Sanctorum) imaginibus a lateribus iconae. Auctor fuit Alexander Bonvicini, nuncupatus Moretto, et imagines pictae sunt a Bernardo India. Haec Altaria sunt de ratione Ecclesiae et manutinentur a Monasterio. In hac Ecclesia praeter super relatas officiaturas sunt alia pia Legata et onera Missarum, quae adimplentur, prout videre est in polycea ut ante praesentata et in fine huius reposita sub littera V. Postea Reverendus Dominus Curatus interrogatus dixit Reverendum Dominum Ioannem Bozi applicari pro populo omnibus diebus Festis de praecepto stype sibi tradita a Monasterio. Visitavit quattuor Confessionalia ex nuce constructa. Vidit organum et Chorum contra dictum organum situm, in quo Moniales psallunt. Vidit Rotam, per quam apparamenta Sacristiae administrantur, nec non ostiolum a Communionem; totamque Ecclesiam observavit, quae est perfectae structurae et praeter dictam insignes iconas. habet depictas tabulas pretio aestimabiles, nec non alia ornamenta, ut videre licet in polycea ut supra. Successive visitavit Sacristiam exteriorem. In ea vidit apparamenta usualia, calices, patenas, Missalia et armaria in quibus dictas suppellectiles custodiuntur. Vidit etiam Sacrarium in eadem Sacristia existens et loca Sacristiae contigua cum scala, per quam in organum ascenditur. Visitavit coemeterium Ecclesiae proximum. **Ordinata:** [232] capsula nucea provideatur pro vasculo Olei Infirmorum, quod apud se retinet Reverendum Avesani, procuratum. Ostiolum armarioli Oleorum Sanctissimorum firmetur uncino ferreo ponendo a parte apposita sera. Hedera evellatur a Coemiterio, ab eiusque muro, atque comburatur. Quo facto se contulit ad visitandam simplicem Ecclesiam Sanctissimi Crucifixi infra limites huius Parochiae, et obvios habuit Nobiles Dominum Marcum antedictum Mazzo, ac Comitem Lucam **[A margine Cristo Crocifisso]** Carminati ambos de Collegio Iudicum Protectores Confraternitatis eiusdem Sanctissimi Crucifixi in hac Ecclesia canonice erecta, nec non Reverendum Patrem Dominum Adam (*accusativo di forma ecclesiastica; la folrma classica fa invece Adamum*)) Bozi Priorem, nonnullosque alios ex Confraternitatibus, a quibus plurima habuit obsequiis, et venerationis testimonia, et ingressus in Ecclesiam, brevi facta oratione, visitavit infrascripta Altaria, scilicet Altare Maius ex marmoribus collustratis cum Portatili, et custodia marmorea in medio, in qua servatur Sanctissimum Sacramentum iis tantum diebus quibus Sanctissimi Sacramenti fit expositio de licentia Reverendi Curati. Adest icona repraesentans Christi de cruce depositionem, manutinetur a Confraternitate praedicta. Altare Sanctissimae Annunciationis Beatae Mariae Virginis, marmoreum cum icona depicta a pictore (*Simone*) Brentana, habet Portatile, et manutinetur a Novitiis dictae Societatis. Altare Sanctissimi Crucifixi ligneum cum Portatili; pro icona est devota imago antiqua Christi Crucem ad Calvarium

ferenti [233] picta super murum circum crystallis cooperta. Altare hoc est situm in cappella qua cancellis ligneis est clausa. In hac Ecclesia sunt Legata Missarum quae descripta sunt in polycea praesentata et registrata in fine sub littera V, quae satisfiunt a Reverendo Domino Stephano Ruzzenente Cappellano huius Confraternitatis, a qua recipit eleemosynas Dominus Paulus dalle Piane praeter unam Missam in singulo mense in hac Ecclesia celebrandam, instituit Officiaturam Missae quotidianae celebrandae post mortem haeredum suorum, quos usufructuarios suae facultatis reliquit, ut constat ex eius Testamento rogato in actis Domini Ioannis Baptistae Seriatii Notarii sub die 22 Ianuarii 1744. Hanc Missam quotidianam devoti eius usufructuarii viventes celebrare faciunt per Reverendum Dominum Alexandrum a Ritia, Archipresbyterum Sancti Petri in Castro. Subinde Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus ascendit ad oratorium super Ecclesiam situm, in quo Confratres diebus Festis conveniunt ad recitandum Officium, aliasque orationes iuxta capitula, et laudabilem consuetudinem Confraternitatis, ubi unicum visitavit Altare ex ligno cum mensa marmorea, cum Portatili et imagine Sanctissimi Crucifixi pro icona. Reverendus Dominus Patere Stephanus Ruzzenente, Capellanus, celebrat in hoc Altare diebus Festis ut Confratres Sacrum audiant, a quibus competentem recipit eleemosynam. Retro Altare adest Sacristia et in ea vidit Sacram reliquiam nempe particulas ex ligno Sanctissimae Crucis Domini Nostri Iesu Christi in reliquiario argenteo ad formam Ostensorii positas, sigillo et authentico [234] documento Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Francisci Trevisani olim huius Civitatis Episcopi, diei 2 Maii 1726, confecto manu Reverendi Domini Ioannis Baptistae Busti, tunc Notarii Curiae Nostrae Episcopalis. Visitavit calices, patenas, et alia Vasa Sacra, suppellectiles omnes et apparamenta, quae omnia descripta sunt in polycea et supra praesentata, et registrata. Confraternitas haec primum fuit fundata sub Beatae Mariae Ioanne Matheo Giberto Episcopo Veronesi et subinde a Rectore Augustino Carolo Valier pariter Episcopo Veronensi capitula pro foro illius regimine ac gubernio approbata fuerunt; quae nunc Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus vidit quidem et confirmavit; vidit insuper Bullam aggregationis huius Confraternitatis ArchiConfraternitatis S. Marcelli de Alma Urbe Romae, datum Romae anno 1582, 18 Decembris, cuius medio conceduntur Confratribus indulgentiae, ac dictae datae ArchiConfraternitati per litteras apostolicas Papae Gregorii XIII prout in dicta Bulla. Confratres sunt numero 24, et induunt vestem nigri coloris. Descendit in Ecclesia, et vidit retro Altare Maius duo parva loca, quae inserviunt pro Sacristia. **Ordinata:** ex duobus calicibus habentibus pedem cupreum, unus inaretur. Quibus peractis, Illustrissimus, et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus acceptis a [235] supracitatis Nobilibus Dominis Protectoribus, a Confratribus cum actionibus gratiarum, venit ad Portam Monasterii, qua aperta una cum antedictis Nobilibus Dominis: Illustrissimo Patre Vicario Gentili et Canonico Vicario Visitationis, Admodum Reverendo Patre Ordinario Confessario Doriginii, me Cancellario et, Reverendis Sacerdotibus familiaribus, in Monasterium ingressus est, et Monialibus omnibus flexis genibus existentibus una cum educandis puellis benedixit, et ut assurgerent mandavit iisdemque praecedentibus, servato ordine Processionis in Ecclesiam interiorem venit, et in genuflexoria parata prostratus, brevi facta oratione, levavit hymnum "Veni Creator Spiritus", quo a monialibus absoluto, recitataque oratione, S. Spiritus sedens in Throno paternum pastorem sermonem recitavit Monialibus in sedilibus suis sedentibus. Expleto sermone, sumptis Pontificalibus animas Sanctimonialium defunctorum, solitis suffragiis expiavit. Post haec visitavit Olea Sancta et Sacras Sanctissimas reliquias, nempe: ex sacro ligno Illustrissimae Crucis Domini Nostri Iesu Christi intus theca argentea, rotundae formae, lamina vitrea in parte anteriore munita, et sigillo Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi Ioannis Bragadeni suffultam prout in instrumento Curiae Episcopalis diei 12 Septembris 1734. Particulas ex sacris ossibus S. Georgii Martyris recognitas in Curia Episcopali die 6 Martii 1738, ex sacris ossibus S. Blasii Episcopi et martyris et nec non ex sacris ossibus S. Augustini [236] Doctoris, ac S. Monicae Viduae, sigillis et patentibus Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Episcopi Ioannis Bragadeni diei 20

Novembris 1741 et 17 Iulii 1745 munitas. Particulam ex pallio S. Iosephi sponsi Beatae Mariae Virginis in hac Curia Episcopali recognitam die 10 Martii 1734. Particulam ex velo Beatae Mariae Virginis recognitam in Curia Episcopali die 12 Augusti 1733, nec non particulam ex habitu S. Felicianae de Cantalice recognitam in hac Curia Episcopali die 4 Iunii 1725. Quas sacras reliquias, utpote authenticis documentis suffultas recognovit atque veneratus est. Vidit etiam sacram reliquiam nimirum ex ossibus, quae longitudinem unius circiter palmi habebant, de brachii parte prope scapulam, ut fertur, S. Zenonis Martyris positam intus arculam ligneam longitudinis unius palmi, et latitudinis vero quattuor digitorum vel circa. Vidit etiam instrumentum recognitionis et donationis ipsius Sanctae Reliquiae, rogatum in actis Curiae Episcopalis Veronae die 24 Septembris 1655, in forma authentica a Monialibus exhibitum. Cumque Dominatio Sua Illustrissima et Reverendissima observavit arculam, in qua interclusa existit dicta Sacra Reliquia, nullo ligamine nec sigillo fuisse munitam, et in instrumento suae recognitionis et donationis nullas fieri mentiones quod arcula ipsa, habens intus servatam sacram reliquiam supracitatam, fuisset in hac Curia Episcopali colligata et sigillo suffulta; propterea perquisivit a senioribus Monialibus quid sentirent de identitate dictae [237] Sacrae Reliquiae. Ipsaeque, cum unanimes testatae fuerint a Monialibus Senioribus traditiones habuisse dictas reliquias aemper fuisse conservatas in eadem arcula in qua reperiuntur, et eandem ipsam esse quae legitur descripta in antecitato authentico documento Curiae Episcopalis, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Episcopus dictam Sacram Reliquiam recognoscendam fore et esse dixit, prout recognovit, mandavitque mihi, Cancellario, ut interea eandem Sacram Reliquiam, in supradescripta arcula inclusam, colligerem et sigillo munirem. Quod mandatum ego, Cancellarius, exequendo, statim arculam supra descriptam, charta involutam et continentem Sacram Reliquiam antedictam, nempe os S. Zenonis Marapsis (*o Marassis*), cordulam rubram semisericeam, bene colligavit et tribus sigillis Monasterii, in cera rubra hispanica impressis, cum meo sigillo Curiae, non sine labore munivit, et ita. Subinde visitavit Sacristiam interiorem, et in ea apparamenta, suppellectiles, calices, patenas, Missalia, et omnia alia quae leguntur descripta in polycea. ut ante praesentata. Vidit Chorum et in Campanile ascendit; vidit etiam, et visitavit cellas omnes Monialium a Choro, ac etiam illas Sororum Conversarum, nec non cubacula in quibus pernoctant Educandae separatae a Monialibus. Visitavit refectorium, coquinam, cellas vinarias et locum in quo mundantur panni linei. Intravit in locum scripturae (*Scriptorium*), ubi visitavit Libros Monasterii et vidit multos processus et instrumenta. Intravit in locum scripturae, ubi visitavit libros Monasterii, et vidit multos processus et instrumenta. Redverenda Mater Iosepha Bianchini, Scriptorissa (*directrix loci scripturae*), vidit computa redditum et expensarum Monasterii, prout in polycea praesentata et registrata sub littera V. [238] Moniales huius Monasterii sunt quadraginta a velo nigro, sedecim Sorores Conversae, et decem Educandae Virgines Congregationis Mariae de Regio nuncupatae, quae post translationem Monialium S. Faustini ad Monasterium S. Bartholomaei, levata parva charta, Monasterium S. Faustini sub Illustrissimo ac Reverendissimo Augustino Valerio Episcopo Veronae obnudarunt et exemplarem vitam ducebant, quaeque ut perfectiorem exhiberent formularum regulariter institutis S. Augustini, amplexae fuerunt Innocentio X Pontifice, et mediante Vicario Gentili Episcopatus Mantuae Executore Apostolico de anno 1650, sede Episcopali Veronae tunc vacante, occasione suppressionis Canonicorum Regularium S. Georgii de Alga acquisiverunt Monasterium hoc pretio ducatorum undecim milia prout constat ex instrumento desuper celebrato die 15 Augusti 1669 manu cuiusdam Francisci Ferri Notarii et per quadrigas clausas a dicto Monasterio S. Faustini ad hoc Monasterio S. Georgii traductae fuerunt die 23 Novembris 1669 sub Reverendissimo et Illustrissimo Sebastiano Pisano Episcopo Veronensi, a quo postquam Monialibus ipsis in Ecclesia exteriori existentibus Missa fuit celebrata, et benedictioni imperitita, in clausuram huius Monasterii rite positae fuerunt. Constitutiones huius Monasterii sub regula S. Augustini fundatae, approbatae fuerunt ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino Iacobo Altaviti Archiepiscopo Athenanis Nuntio Apostolico, venetiano, ut decreto diei 25 Maii 1663 et ab Illustrissimo et Reverendissimo Sebastiano Pisano Episcopo

Veronensi ut decreto diei 2 Octobris 1665. Quas Constitutiones Illustrissimus et Reverendissimus Antistes vidit et confirmavit. Postea visitavit intus locum Confessoris et Parlatoria omnia; [239] intravit in hortum, et curtes et omnes muros coemeterii circuivit et toto Monasterio perlustrato, in ecclesiam interiorum iterum venit, ubi pro defunctis oravit et, reservans sibi in diem crastinum alia examina Monialium assumere eaque ordinata facere quae sibi opportuna videbuntur, cadente sole, ex Monasterio, una cum supra nominatis omnibus, ut ante introductis, egrediens, in limine Portae sistens, dedit suam benedictionem Monialibus, Conversis et Educandis, antedictam Portam genuflexis acceptis ab Admodum Reverenda Matre Priorissa Methilde Balladoro ac ab Admodum Reverenda Matre Deodata Bianchini Vicaria nomine totius Monasterii sinceris Venerationis obsequiis ac, gratiarum actis argumentis Quadrigis suis mediantibus, ad Palatium suum Episcopale ad sumendum prandium cum toto suo comitatu se restituit, et ita. [240] **Die 10 Mensis Ianuarii 1762, recurrente Dominica infra Octavam Epiphaniae.** Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Veronensis Comes, sumptis secum Nobili et Reverendo Vicario suo Gentili, me Cancellario et Admodum Reverendis Sacerdotibus suis familiaribus, ut reliquo suo comitatu, hora circiter decima septima, ad visitandam Parochialem Ecclesiam S. Bartholi (*variante di S. Bartholomaei*) in Monte Reverendi Patris Zerii nuncupati Ordinis S. Francisci pedestes ivit. A confinia Parochiae videlicet ad culmen Pontis Petrae versus Insulum superius sub Baldachino gestato a Dominis Iosepho Maconzini Priore, Francisco Lugiato et Petro Antonio Beltrame Consiliariis, [A margine S. Bortolo in Monte] Antonio Caravana et Iosepho Ferrari Revisoribus ac a Ioanne Antonio Monti Confratre Veronensis antiquae Confraternitatis, Illustrissimi Sacramenti, dictae Ecclesiae Parochialis, reverenter receptus Crucem sibi porrectam a Reverendo Patre Magistro Benedicto Arrighi Sacerdote dicti tertii ordinis, Acheali huius Parochiae Curato, veneratus, et deosculatus est. Subinde praecedente Clero cum Cruce et Cantoribus decantari solita canentibus, per schalam seu laboriosam viam ad dictam Parochialem Ecclesiam venit. In limine Portae Ecclesiae super tapete et pulvinari ibidem stratis sistens, aspergillo de manu dicti Reverendi Patris Curati accepto, aqua benedicta signavit se et populum adstantem aspergit, et honore thurificationis ab Reverendo Patre Curato sibi dato in Ecclesiam serico festivo apparatu ornatam et pluribus musicalibus instrumentis resonantem campanis suis sonis emittentibus solemniter ingressus est. Ante Altare Maius super faldistorium ibi paratum provolutus Illustrissimus [241] Sacramentum adoravit, et cantatis interim solitis cantari ad Altare ipsum ascendit, eo quo in medio deosculatus, et recitata S. Bartholomaei (*Bartholei è termine ridotto di Bartholomei*) Titularis oratione de medio Altaris solemniter benedixit populo et Indulgentiam Plenariam Breve Apostolicum Ecclesiam hanc in actu huiusmodi Pastoralis Visitationis visitantibus concessam publicari fecit. Post haec ad Thronum a parte Evangelii dicti Maioris Altaris sibi paratum venit, et adsistentibus sibi apparatis Admodum Reverendo Domino Francisco Camillo Sauro, Rectore S. Pauli Veteris, ac Admodum Reverendo Domino Alexandro de Ritia, Archipresbytero S. Petri in Castro, sumptis Pontificalia indumenta et Animas defunctorum tam in Ecclesia quam in Coemeterio proximo solitas expiavit exequias. Subinde visitavit Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in argentea Pixide intus auro linita in Tabernaculo marmoreo, tuto ostiolo, et duplici clavi et sera clauso servatum. Habuit ex factis perquisitionibus Sacramento debitis renovari temporibus, in sera signa dari, ut de mane ad infirmos deferendum est: schedas communicatis tempore Paschali distribui et successive colligi: Indulgentias publicari et lampadem iugiter ardere sumptibus huius Conventus. Vidit suppelleciles pro Associando Sanctissimo ad infirmos omnes bene instructas, quae manentur quemadmodum et intorticia a Veronesi Confraternitate Sanctissimi Sacramenti in hac Ecclesia ab antiquo canonice erecta, quaeque descriptae sunt in polycea praesentata et fine registrata sub littera X. His peractis Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus Sacramenti Benedictionem [242] populo impertitus est. Postea ad Thronum suum vestibis suis restitutus, adsistentibus apparamentis supranominatis, Admodum Reverendis Dominis Francisco Camillo Sauro Rectore S. Pauli Veteris ac Alexandro de Ritia Archipresbytero S. Petri in Castro,

orationibus praeparatoriis recitatis, sumptisque Sacerdotalibus apparamentis, ad Altare Maius Sacramentum Missae Sacrificium devote celebravit, in quo viginti quattuor Christifideles Sacra Communionem refecit. Expleto sacrificio, depositis apparamentis et actis Deo de more gratiis, sumpta stola super Rochetum et Mitram, viginti quinque Christifideles Sacro Chrismate in fronte signavit. Successive visitavit Baptisterium a parte Evangelii Altaris S. Valentini Martyris de anno 1750 ut fuit assertum erectum de licentia Episcopali, quod vidit cooperto ciborio et canopeo et cancellis ligneis clausum; vidit etiam Sacrarium Baptisterio proximum. Visitavit Olea Sancta in armariolo pariter a parte Evangelii rite servata. Visitavit Altare Maius ex marmoribus collustratis cum Portatili et icona in qua depicta est imago S. Bartholomaei Apostoli et etiam symbolum Illustrissimi Sacramenti. In medio huius Altaris est Tabernaculum itidem marmoreum, in quo, ut ante dictum est, Illustrissimum servatur Sacramentum. Hoc Altare de anno 1758 sumptibus Confraternitatis fuit erectum loco veteri ex ligno et functiones omnes, in quibus exponitur publice Christifidelium venerationi Illustrissimum Sacramentum, impensis sunt eiusdem Confraternitatis fundatae. [243] Visitavit Confessionarium, in quo Reverendus Pater Curatus Sacramentales Christifidelium Confessiones excipit. Postea intravit in Sacristiam et vidit suppellectiles, apparamenta et Vasa Sacra, quae inserviunt Sacramentorum administrationi, tam in Ecclesia, quam extra. Subinde venit in cubiculum vocatum "La foresteria", ubi sedens pro tribunali una cum antedicto Nobili et Reverendo Vicario Gentili et coram Sua Illustrissima et Reverendissima Dominatione comparuit Reverendus Pater Monachus Benedictus Arrighi, Sacerdos huius tertii ordinis, et ostendit mandatum suum pro cura Animarum huius Parochiae exercenda, a Curia Episcopali obtentum ad praesentationem Admodum Reverendi Petri Sui provincialis medio eius litterarum patentium praesentatum ad annum concessum die 12 Novembris 1753 et successive usque in praesens annum confirmatum. Insuper ostendit Libros Parochiae, vidit Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum et Mortuorum. Interrogatus, postea idem Reverendus Curatus de statu Animarum huius Parochiae et num adsint aliquis praecepto Ecclesiae inobedientes, publicus peccator, respondit hinc Parochiae subesse animas a communione 223 in toto vero 245, et neminem, Deo favente, reperiri tempore Paschali inconfessum, vel publicum peccatorem. Interrogatus de vita, et moribus Sacerdotum et Clericorum sub hac Parochia degentium, bene de omnibus respondit. Successive venerunt coram Sua Illustrissima et Reverendissima Dominatione Admodum Reverendus Dominus Ioannes Baptista Zamperini Sacerdos de hac Parochia, aetatis annorum 56, inservit Parochiali S. Stephani et ostendit mandata ordinum. [244] Venit Reverendus Dominus Antonius Giustinetti, Sacerdos de hac Parochia, aetatis annorum 35, est Cappellanus Cathedralis et Curatus Parochialis S. Ioannis in Fonte, pro qua Parochiali habet mandatum ad excipiendas Christifidelium Sacramentales Confessiones, quod ostendit de anno in annum confirmatum; Clericus Marcus Brutio, in Minoribus, aetatis annorum 21, Acolythus Cathedralis cui inservit. Venerunt demum Dominus Ioseph Macconzini, Prior, ac Dominus Franciscus Lugiato, Consiliarius Antiquae Confraternitatis Sanctissimi Sacramenti in hac ecclesia, et interrogati num dicta Confraternitas habeat Legata Missarum adimplenda, dixerunt, Confraternitatem non habere onera Missarum in vim Testamentorum, sed ex tanto vigore Capitulum eiusdem Confraternitatis, per quae onera Missarum annuatim satisfiunt. **Ordinata.** Clavis Tabernaculi inaretur. His habitis, visitavit Coemiterium et reversus in Ecclesiam oravit pro defunctis et ad Palatium suum Episcopale prandium sumpturus redivit, et ita. [245] **Die Lune 18 Mensis Ianuarii 1762.** Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus antedictus, a plurimis pastoralibus solitudinibus, quibus admodum propeditus fuit, tandem absolutis, hodie mane, inhaerendo reservationi sibi factae in pastoralis visitatione Veronensis Monasterii Sanctimonialium Illustrissimi Redemptoris Nativitatis, habita die 28 Decembris proxime elapsi, quadriga sua mediante, ad sumendum examen earundem sanctimonialium perrexit. Ad Monasterium perventus et exterius Confessorium ingressus, vocatisque singillatim iuxta ordinem capituli, Monialibus et Sororibus Conversis, ipsas singillatim singulas interrogando diligenter examinavit circa observantiam regulae, et Capitulum, circa monasticam

disciplinam, et regimen Monasterii, quo examine absoluto, ad Palatium suum Episcopale se restituit, et ita. [246] **Die Martiis 26 Mensis Ianuarii 1762.** Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus, absolutus a cura Pastoralis sui regiminis, hodie mane, inhaerendo reservationi sibi factae in sua Pastoralis Visitatione Veronensis Monasterii Reverendarum Monialium Sanctae Mariae de Regio, vulgo San Giorgio, huius civitatis, habita die 4 Ianuarii currentis, per quadrigam suam se contulit ad examinanda earundem monialium subeunda; quod prosecutus est tribus sequentibus diebus, semper ante prandium. Vocatisque singillatim monialibus, sororibus conversis, eas singillatim examinavit circa observantiam regularum seu constitutionum, circa Monasterii disciplinam, et circa regimen Monasterii. Iisque omnibus auditis, sequentia fecit ordinata, et ad palatium suum episcopale redivit.

(La parte che segue sul documento originale è scritta in italiano e qui sotto riportata scritta in corsivo.)

Nicolò Antonio Giustiniani dell'ordine di S Benedetto della Congregazione Cassinese, per la Dio Grazia e della Santa Sede Apostolica Vescovo Conte di Verona. Alle dilette figlie in Cristo le Reverende Madre Priora, e Monache del Veronese Monastero di S. Maria di Reggio dette di San Giorgio, di questa città, salute nel Signore ed obbedienza. Volendo la regola del Santo Padre Agostino al Capitolo XXII dell'Ufficio della Dispensiera o Celleraria, che non usi mai alcuna parzialità in Refettorio, a riserva delle Bisognose, come sta registrato nel Capitolo VI, del digiuno, ed astinenza, perciò ordiniamo che: nelle pietanze che si dispensano alle Religiose si osservi la uniformità e [247] l'eguaglianza e perché la carità ricerca, che si usi tutta l'attenzione con quelle che sono inferme, perciò queste obbligate, che sieno in cella, o in letto, dipenderanno dalle ordinazioni dei Signori Medici; quelle poi che si trovano alquanto indisposte, ma che intervengono in Refettorio, possano bensì essere distinte sulla qualità delle pietanze, ma non mai sulla quantità, e con tutte si usi al possibile una stessa misura. A quelle Religiose poi, che non cenano si possa accordare la pietanza della sera per la mattina a pranzo; tutto quello però che a ciascheduna delle sane, inferme o convalescenti sopravanzasse, tutto sia (quando non sia loro uso) e s'intenda del Monastero, e non possa esserne fatto altro uso, che quello che parerà alla madre Celleraria per l'alimento delle Monache stesse. Che l'ora del mattino sia quale viene ordinata dalla regola, usando però qualche indulgenza nel tempo del Carnevale, di Sagra, di Vestizioni e Professioni di Religiose ed in simili occasioni, come parerà alla Madre Priora, alla quale deve stare sommamente a cuore l'osservanza delle regole. Nei giorni festivi si permette la Compieta subito dopo il Vespero. La meditazione della sera, nei giorni Festivi in tempo d'inverno si faccia in Coro innanzi cena. Le Litanie dei Santi si recitino dopo l'Orazione Mentale, che oltre il Mattutino e la Compieta possano recitarsi nell'Oratorio, [248] anche le ore canoniche e Vespero, però secondo il bisogno della Chiesa, e come parerà alla Madre Priora. Che sia fatto l'inventario di tutti i Libri, carte e scritture spettanti l'Archivio di questo Monastero. Nel rimanente poi restano da Noi confirmati e rinnovati tutti gli ordini di Monsignor Illustrissimo e Reverendissimo Giovanni Bragadino, nostro degnissimo Predecessore, ed ora Patriarca di Venezia, fatti sotto il giorno 5 Marzo 1742, e 28 Dicembre 1754 in ordine alle vocali, modificando solamente il Capo 8 della Cancelliera e Vestiaria, il quale comanda che tutti i danari di ragione del Monastero siano posti nella cassa della Priora. ma perché ciò sarebbe di troppo disturbo alla Madre Scrittora, così permettiamo, che possa Essa tenere in sua cella la summa di soli cento ducati per le spese giornaliere, con questo però, che nella CaSSa della Priora, nella quale vi debbano essere due chiavi differenti, una appresso la stessa Madre Priora, ed una appresso la Scrittora, vi sia un libro nel quale, si noti di mano, in mano il saldo che si mette o si leva dalla Cassa, e che ogni tre mesi si faccia il fondo di Cassa e l'incontro del saldo effettivo, coll'intervento, e presenza della Madre Priora e della Scrittora

In Fede di che

Data dalla Nostra Visita Pastorale li 29 gennaio 1762

Nostro Amato Vescovo di Verona

Don Nicola Bovio Cancelliere

Ora si passa alla pagina dell'originale n. 255, quelle precedenti non riportano alcun testo scritto, sono vuote.

[255] A

Parochialis Ecclesia S. Jacobi ad Pineam

VERONAE

[256] vuota

[257] Praesentata die 30 Novembris 1760 a Reverendo Patre Domino Carolo Caravicini, Cappellano S. Joannis occasione Pastoralis Visitationis Parochialis Ecclesiae Sancti Jacobi ad Pineam, Veronae.

[258] Massa degli affitti della Veronese Cappella di San Zen in San Giacomo della Pigna di Verona

Il Nob. Homo Comes Trifon di Valmarana	paga ogni anno	Troni 15 - soldi 10
Il Sig. Francesco Brusco di Garda	paga ogni anno	Troni 33 - soldi 7
Il Sig. Paulo Ventreti	paga ogni anno	Troni 18 - soldi 13
Il Sig. Giuseppe Scalfo	paga ogni anno	Troni 13 - soldi 13
Il Sig. Valentin Motta	paga ogni anno	Troni 13 - soldi 6
Il Nob. Sig. Nicollò Stagnol	paga ogni anno	Troni 16
Il Venerabile Collegio dei Nodari	paga ogni anno	Troni 12
Il Sig. Gio Batta Campeto	paga ogni anno	Troni 11
Il Sig. Gio' (Batta) Vedovel d'Albisan	paga ogni anno	Troni 10 - soldi 7
Il Sig. Girolamo Gusi	paga ogni anno	Troni 8 - soldi 36
Il Sig. Antonio Brondel	paga ogni anno	Troni 6 - soldi 3
Il Sig. Giandomenico Bertani	paga ogni anno	Troni 7 - soldi 13
Il Sig. Bortolomio Jabel	paga ogni anno	Troni 6 - soldi 11
Il Nob. Sig. Giulio Campagna	paga ogni anno	Troni 6 - soldi 13
La Sig.ra Giulia Calisto	paga ogni anno	Troni 5 - soldi 6 denari 1
Il curatore del Sig. Francesco Tonfolin	paga ogni anno	Troni 4

Troni 192

[259] *Esame del Santo Ufficio (Uffo) del Reverendo Clero di Verona. Siccome si fa fede nella preparazione ed estimazione della polizza (documento) dell'Entrata anche di detta Cappella di*

San Zeno, in San Giacomo della Pigna, della polizza (documento) presentata in occasione della sistemazione dell'estimo del suddetto Reverendo Clero pubblicata l'anno 1680, a cui si sono li riportati i lavori preparatori dell'estimo 1724, in mancanza di presentazione della polizza (documento) si veda l'entrata della medesima calcolata in: lire correnti trecento cinquanta otto (358) soldi otto (8) e denari dieci (10) e, come più ampiamente corretta in detta preparazione posta in fine di detta polizza (documento) e registrata nel libro polizze della Cappella della città e villa al n° 93. Nel menzionato esistente Ufficio in cui stanno si fa fede, siccome nel Libro Termini Ordinari ed Extraordinari dell'anno 1760 per la Dadie (tassa ecclesiastica) dello stesso Reverendo Clero, alla partita della Cappella di città, fra l'altro, s'artrova la sopra scritta Cappella di San Zeno, in San Giacomo della Pigna con l'appostazione della sua gravezza divisa in quattro rate, che ha pagato codesta con dono di lire correnti ventinove (29), come più ampiamente appare in detto Libro Termini esistente come sapeva al quale guardare.

Data dallo stesso Reverendo Clero il giorno 8 Settembre 1760.

*Giovanni Alessandro
Notaio di detto Collegio
di Verona*

